


LIBELLO HVIC REGIO HAEC INSVNT.

Oratio Ioannis Clerk apud Ro.pon. in exhibitione operis regij.
Responsio roman.pont.ad eandem ex tempore facta.
Bulla ro.pon. ad regiam maiestatem, pro eius operis confirmatione.
Summa indulgētiarū, libellum ipsum regium legentibus, concessarum.
Libellus regius aduersus Martinum Lutherum hæresiarchon.
Epistola regia ad illustrissimos Saxoniæ duces pie admonitoria.



Io. Clerk. pro Henrico. viii. Angliæ, et Franciæ Rege potentissimo fidei defensore, apud Leonẽ. X. Pont. Max. oratoris: in exhibitione regij libri in consistorio habita oratio.





IS PROXIMIS ANNIS, in Germaniæ Vuintenburgensi gymnasio, ex hussitanorum hęresũ latibulis nata primo, deinde orbis Christiani nullis non finibus sparsa ꝑniciosa Martini Lutheri dogmata, quantas beatiss. pater turbas excitauerint: quam simpliciorum animos deceperint: quot applausores, quot assectas inuenerint: et quod hæc notissima sunt: et quod locus hic modũ, potius q̃ copiam expostulat: non curo referre. Sane cum plura extent Lutheri opera, quæ ille toto iã pene orbe ędìtis libellis impie sparsit: hoc tamẽ ipso opere, cui de Babilonica captiuitate ecclesiæ titulum imposuit: nullũ execrabilius, nullum uirulentius, nullũ humano generi perniciosius. In quo refellendo complures quidem graues, simul & eruditi uiri insudarunt. Sereniss. quoq;, atq; inuictiss. princeps, et dominus meus HENRICVS Anglię et Francię huius nominis rex octauus sanctitatis tuę, et sacrosanctæ romanę ecclesię filius addictissimus libellum in hoc ipsum opus conscripsit: tuæq; sancti-

tati dicatũ per me offerri, tradiq; iussit: Quẽ hic præsentem prius q̃ acceperis: per te liceat Beatiss. pater pauca, de regis mei erga te, et hanc sacrosanctam Sedẽ pietate, atq; obseruantia, reliquaq; ęditi ab eo operis ratione edicere. Non alienũ quoq; erit, hoc in loco aliquid de huiusmodi horrendo, et immani monstro, ipsiusq; telis, ac ueneficijs, quibus genus humanum parabat inficere, prefari, et illum in tuæ Sanctitatis conspectu suis quasi coloribus depingere: ut quanto formidabilior hostis, et grauius ab eo periculũ ostendetur, tanto speciosior profligato hoste, amotoq; periculo triũphus appareat. Sed per deum immortalem quæ tam atrox oratio? quæ tam incitata, atq; inflammata dicendi uis? ut possit tã spurcissimi hominis sceleribus sufficere? qui tunicã Christi inconsutilem scindere, et tranquillum ecclesię statũ conturbare aggressus, cũ nihil tibi Beatiss. pater plus iuris in ecclesia dei, egregius rerum æstimator relinquat, q̃ cęteris plebeis sacerdotibus: ipse tamen ministrorum ecclesiæ mores, tertius scilicet de cœlo lapsus cato, intempestiue dãnat: Romam peccatricem, miseram, adulteram, uerã deniq; Babilonem appellat. te Christi in terris uicariũ hæreseos insimulat: et se ter apostatam, quoties de christiana fide explicanda est quæstio: Petro apostolorum principi authoritate parem facit. Et quo magis illum religioni, q̃ moribus infensum appareat: decreta patrum, Sanctissimas leges, quibus omnis bene, recteq; uiuendi disciplina continetur: suis impurissimis

mis manibus igni cremendas tradidit: nihilq; inausũ audacissimus relinquens, hunc tandem de Babiloni= ca seruitute librum ędidit. In quo, deus bone, quanta et qualia portenta, quantum uirus, q̃ tabificum, et ex= iciale uenenũ, non tantũ in malignos nostri secũdum mores, quod aliquo modo ferendum foret, non tantũ in te, sed in officiũ tuum, in ecclesiasticas Hyerarchi= as, in sedem hanc, et petram a deo positam, in hãc de= niq; totam templi dei machinã serpens malignus ef= fudit. Hic, continentiæ confractum uinculum, sacra ieiunia, religionis uota, ritus, cærimoniæ, dei cultus, missarũ solemnia, per inauditam perfidiam profligã= tur, exterminantur. Hic sacramenta suo modo insti= tuit ad tria, ad duo, ad unum reducit: quod ipsum u= num ita ad minutiam tractat: ut uideatur aliquando ad nihilum reducturus. O summã impietatem. O foe= tidissimam, et maxime execrabilem hominis sordem, quas non ibi profert in superos, superumq; ministros blasphemias ex calumniarum, mendatiorumq; collu= uione confusas, sine lege, sine modo, sine ordine? So= cratem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum, Athenienses ueneno sustulerunt: q contra uulgo re= ceptas de deo opiniones, et contra illam, quæ tũc op= tima in terris credebatur: religionẽ dissereret. An hic impijssimus christianæ religionis euersor ob hęc tam impia in summũ deum scelera a christianæ religionis assertoribus meliora sperabat? At non sperabat qui= dem: qui in Bohemiam hęresum suarum parentem, et

 altricem

altricem supplicij metu, quo se dignissimũ cognosce-
bat: ad perpetuas latebras in malam crucem aufugit.
Qui si mansisset: tuq; Beatiss. pater eius petulantiã li-
berius euagari passus fuisses: quantũ periculum, q̃q;
atrox incendiũ, hęc pestis rebus christianis attulisset,
sit exemplo hussitana hęresis. Quę, si modicis cõten-
ta initijs superiorũ negligentia ad tantam magnitudi
nem excreuit: ut urbes, populos, imo amplissimũ, et
locupletissimum regnũ Bohemiam totam a christia-
na fide euerterit: et ad eam, in qua nunc iacet, miseriã
redegerit. Quid hanc rabiem facturã arbitramur: quę
tã pręcipiti, et effrenato furore fertur? quę, uelut eryn-
nis quædam ad omnia extemplo confundenda ab in-
feris missa: in his suis, quę ipse uocat, præludijs sic fu-
rit, sic debacchatur, ut nihil reliqui fecisse uideatur, in
quo iterum insaniat? Quæ hussitanis uestigijs inhæ-
rens tantũ insuper ueneni addidit: ut nunc tanto for-
midabilior hostis appareat: quanto magis hæresiar-
chas omnes doctrina ęquat: spiritu, et iniquitate uin-
cit: tanto quidem grauiore cũ periculo, quãto male in-
ceptis peiora addere facilius est, q̃ male incipere: et in-
uenta augere, q̃ inuenire. Cæterum tu Beatiss. pater
gregi tuo prospicere uoluisti: et fumo iam ad apertũ
incendium, et flammas erupturo occurrens, nihil pręter-
misisti: quod uel ad tantorũ malorũ emendationẽ,
uel ad ipsorũ authoris reconciliationem primũ, dein-
de pœnã, et exterminationem pertinere potuerit. Cæ-
sarem quoq; tum rei tantę indignitas, tum tuæ Santi-

tatis,

tatis, et regis mei literæ excitarunt: ut hominem nullis non cõtumelijs affectum in exilium mitteret. Docti undiq;, et eruditiss. uiri æditis operibus se, tanquã Clypeos contra huius teterrimi nebulonis iacula pro fide christiana opposuere. De alijs nationibus dicant alij: Mea certe Britannia, Anglia recentioribus dicta, in remotissimis terræ finibus cosmographis sita, imo a terra oceano distincta quemadmodũ in dei, et christianæ fidei cultu, ac debita erga Ro. Ecc. obedientia, non Hispaniæ, non Galliæ, non Germaniæ, nõ Italiæ, nulli deniq; uiciniori nationi, sed nec Romę ipsi unq̃ cessit: Ita nulla natio est, quæ huic portento, et natis ab eo hęresibus magis aduersetur, magis damnet: magis detestetur. In quo pręclarissimę laudis genere illi ipsi, quem iam commemoraui, deditissimo filio tuo Henrico regi quem ante ponam, habeo neminem. Qui quum primũ huius Imperij dignitatem integritate, et uirtute tua illustratã, et multis, magnisq; rebus a te gestis amplificatam in cõmune orbis terræ odium tam indigne uocari, fœdari, lacerari: diuina, et humana ꝓphanari, misceriq; omnia intellexisset: nõ solũ in tam procacem, suo primus calamo audaciam compescuit: suffusasq; tenebras ingenio depulit composito libro, non minori sibi apud posteros (ni fallor) gloriæ, q̃ apud Sanctitatem tuam admirationi futuro: uerumetiam in hunc insignem tantorum malorũ architectorem, eosq; qui ubiuis gentium tanto sceleri sunt affines: tanq̃ in legum, iudiciorum, bonorum

omnium,

omnium, huius loci, Christi deniq; crucifixi inimicos, et hostes maxime capitales se armis, et ultricibus flãmis animaduersurũ publice interminatus est: idq; palam per me in hoc celeberrimo Senatu, suo nomine cõfirmari iussit: se more maiorũ, loci huius, romanæq; Sedis authoritate, et dignitate nihil antiquius, nihil sanctius ducere. Eandem se authoritatem, et dignitatem, pijssimos præterea ritus, cærimonias, sacrũ dei cultum, nobis, ab ipsis sanctissimis apostolis, quasi p manus traditũ, contra omnes gentes, et nationes pro suis, regniq; sui quibuscumq; uiribus defensurum. Et cum non paucos præterea habeat hæc nostra Britannia celebres uiros huius sanctæ Sedis studiosissimos: Mirum q̃ inter cæteros, uelut sidus aureũ resplendeat Reuerendissimus in Christo pater Tho. tt. Sãctę Ceciliæ presbiter Car. Archiepiscopus Eboraceñ. Primarius regni illius Cancellarius, tuus et apostolicę Sedis in locis illis Beatiss. pater a latere legat⁹. Qui, quo magis pro ratione dignitatis et te, et hunc ampliss. Senatum, cuius honorabile membrũ existit: ueneratur, et colit: tanto maioribus hũc pessimũ hominem, qui tãtam fœdare, et labefactare maiestatem conatus est: odijs persequitur, et perditum iri cupit: tantoq; maiore cura, studio, conatu quę ad eam rem pertinebant, absoluit. Rescripta in primis Sanctitatis tuæ, quibus tu hũc tam insignem heresiarcham tuis fulminibus hominũ cõmercio priuasti, atq; ad tartara, et tenebricosissimas umbras ablegasti: omnib⁹ locis publicari fecit:

cit: cōciones his de rebus, per disertissimos uiros ad populum fieri curauit: et quo maior fides, et amplior rebus gestis authoritas inesset: ipse interesse uoluit: Lutheri libros cremari iussit. Cœtum uirorum undecumq; doctissimorum, quo in hunc scriberent, conuocauit: eosq; suis impensis, mensibus aliquot aluit: nec sine pręmijs dimisit. Sereniss. regi meo librū hunc tantorum malorum exterminatorem, et ultorem componenti, et suasor, et laudator extitit. Ita, ut nūc dijs bene iuuantibus tempora nullibi, q̄ apud nos habeantur pacatiora, aut magis trāquilla. Simplicioribus animis, si quis ex nouo dogmate conceptus est: is omnis cum radice ademptus est scrupus. Non uoces resonant apud uulgum ambiguæ, non murmur, non quærelæ. Omnis animi fluctus, omnis innouati mūdi, et nunc regnantis Antichristi horror euanuit. Sed iam uideo occupatiss. Sanctitatis tuæ aures exitum tandem nostræ orationis expectare, quę iam perorabitur. Sed prius est a me, huiusce a Serenissimo Regi meo suscepti operis, ędenda ratio. Nam id uehementer admiraturos plerosq; arbitror, quid principem tot regni domi, forisq; curis districtum, cuiq; tam parum a suis sibi negocijs est ocij: potissimum impulerit, ut ea aggrederetur: quæ totum, (quod aiunt) hominem exigunt: et eum quidem hominem non tyronem, sed ueteranum, et qui omnem consumpsit in literis ętatem. Verum enimuero qui illius res pro Christi fide gestas, et solitā, erga hanc sacrosanctam Sedem, ob-

seruantiam consyderauerit :non usq; adeo mirabitur, si, qui olim Romanam laborantem Ecc. et in summis belli calamitatibus cōstitutam, corporis uiribus, gladioq; ultore defenderit: idem nunc in longe maiore periculo hæreses calamo, et ingenij uiribus comprimendas ad dei gloriam, et sacrosanctæ Ro. Ecc. quietem susceperit. Quod si nemo syncera mente christianus tanta mala in Eccles. dei serpentia pateretur, quin et studium, et quascumq; uires posset: opponeret. Quid principem facere oportet, atq; eum quidem principem, quem constat ob eam præcipuam causam ad id honoris, et dignitatis diuina prouidentia euectum: ut catholicam fidem protegat, et christianam professionem a pestiferis ingenijs illæsam tueatur? An mirabimur si pietas huic et christiano, et principi extorsit, quod cuiq; christiano ex officio incumbit? Hæc itaq; Beatiss. pater huius susceptæ ab eo prouinciæ summa ratio: solita erga Sanct. tuam obseruantia: christiana in dei causa pietas, et conceptus pro regiæ dignitatis ratione, ob spretam religionem dolor, et indignitas. Potuisset (fateor) ad hęc eadē trahi gloria, ut qui sub optimis præceptoribus, et minime indulgente patre ineuntem omnem in bonis literis ętatem contriuit, ac deinde in sacris, noui et ueteris testamenti scripturis, plurimum uersatus, ut olim ingenij uiribus confisus non sine summa gloria sæpius cū Britanniæ peritioribus, ita nunc cum Luthero non contemnendæ alioqui eruditionis uiro, spe glorię, au=

sus

ſus uideatur in literarum certamen deſcendere. Neq; equidem uideo ubi alibi hunc ipſum ſcientiæ theſaurum, talentum haud dubie a deo in hoc datum, cum maiore aut gloria locaret, aut fœnore reponeret. Cæterum q̄ pio principi eruditionis uires, quæ cæteris ſatiſfaciunt omnibus: in hac re minime applaudunt: ſatis cum modeſtia ipſe in operis ſui procemio teſtatum facit: ibi enim doctrinæ, ac uirium imbecillitatem excuſans, tantum ſibi arrogat, ut profiteatur, et munus hoc a multis abſolui potuiſſe uberius, et ſe lōge imparem, ſolo diuinæ benignitatis auxilio confiſum, inſtigante pietate, ac læſæ religionis dolore, attentaſſe, tātum ut Lutherianas hæreſes ratione detegeret. Non q̄ putaret glorioſum cum Luthero contendere: homine deſpecto, exſibilato, et toto iam orbe conclamato: ſed inter cætera, ut orbi quoq; teſtatum faceret, quid ipſe de hoc immani portento, tot ipſi undiq; applaudentibus fautoribus, ſentiret. Exiſtimās ſua plurimū referre, id ipſum publicitus ſcripto profiteri: non tam, ne ſilentium quis in conſcientiam duceret, q̄ ut alios, eosq; potiſſimum, qui locupletius ſcientiæ donū a luminis datore accepiſſent, ſui exemplo ad id ipſum cogeret. Deberent (fateor) quæ per pium principem in Lutheri hæreſes ſcribūtur: Lutherum ipſum, ſi uel mica chriſtianæ pietatis in homine eſſet, ad palinodiam cogere, et palantem, tabidamque pecudem non ab errore tantum, ſed ab inferis quoq;, quo infelix properat, ad ouile reuocare. Sed quid agas? ubi cor

 Pharaonis

Pharaonis induruit? ubi ulcus marcore putet? ubi mentita sibi iniquitas callum obduxit? nolens audire, ut intelligat: nec intelligere, ut bene agat. Grandi profecto dei miraculo opus est, ut ille mentem mutet, consiliaq; in melius referat. In quem, quæ hactenus ab eruditissimis uiris dicta sunt: nihil amplius profecerunt: quā ut his irritatior factus, indies peiora tentaret: tantum sane abest, ut Sereniss. Rex meus quicquā boni ab hoc idolo, et inani simulachro speret: ut putet cum illo furioso, et rabido cane tanq̄ rebus desperatis, non hoc orationis filo, nec aliter cū illo luctandum, aut congrediendum esse: q̄ mucrone districto, ac tormētis illis, fulminibus, cæterisq; machinis bellicis, quibus turchas ipsos, si per tempora liceret, impeteret: quo hunc pœna compressum si nō ad sanitatē, ut ad timorem saltem aliquando reduceret. Et quia gladio, dei causam, et tuam Beatiss. pater ulcisci non potuit, alijs correptis armis in hunc literariū campum descendit: non, ut cum hac hydra alter Hercules in hoc genere pugnæ conflictaret: sed quia hæc illius uiperæ rabies nullibi liberius, q̄ in hoc Babilonicæ captiuitatis libro ad dei ignominiam grassatur: nec alibi fortioribus ad simpliciora euertēda ingenia uidetur præcidijs suffulta. Iccirco huius amolitionem operis aggressus in illud ingenij quibuscumque uiribus, machinisq; irruit: pij simul et magnanimi Imperatoris officio functus, cuius ex rei militaris disciplina, sunt partes: ubi hostis fortius urget, illic

maxime

maxime militi suppetias afferre. Quod sane ipsius factum quantumcumque a peritioribus regni illius approbaretur: non aliter tamen in publicum emittere statuit, q̄ tu Beatiss. pater, a quo debemus euangelij sensa suscipere, tuo acri, sublimique iudicio dignū prius iudicasses: quod per manus hominum ambularet. Itaque Sanctitas tua boni consulat, et libellum hunc ad se missum, sibique dicatum grato animo ad examen suscipiat: Quo certe pius simul, et tui studiosissimus princeps, hoc in primis omnibus neruis tentauit: ut rudioribus ingenijs nequitia peruersi hominis deteriora protractis sua opera, quoquo modo consuleret. Sperat autem consecuturum se, ut saltem hoc suo conatu, suam erga christianam religionem, et erga tuā Beatitudinem, obseruantiam abunde approbasse uideatur. Dixi.




IN HAEC FERE VERBA RESPON DIT SANCTISSIMVS PONT.

LIBRVM HVNC OMNI ANIMI HILAritate ſuſcipimus: eſt ſane talis, ut eo ipſo nobis, et uenerabilibus fratribus nr̃is, nihil potuerit mitti gratius. Regem uero ipſum potentiſſ. prudentiſſ. ac uere Chriſtianiſſ. neſcimus, laudemus magis, an admiremur. Qui, primum bellicis armis decertans Eccleſiæ chriſtianæ hoſtes, toties inconſutilem Chriſti tunicã ſcindere molientes, ueluti hydræ capita ſæpius reciſa, ac ſubinde ſubcreſcentia, felici ſucceſſu domuit: et tandem dei eccleſiæ, atq; huic ſanctæ Sedi pacem, deuictis hoſtibus reſtituit. Nunc uero, quod aduerſus monſtrum hoc teterrimum hunc librum conſcribere ſimul ſciuerit, potuerit, uoluerit: non magis ſeſe, toto orbi terrarum admirabilem, ipſa ſtyli elegãtia, q̃ ingenio, prebuit. Creatori noſtro gratias agimus immortales, qui talem principem eccleſiæ ſuæ, atq; huic ſanctæ Sedi, defenſorem conceſſit. Eundem ſuppliciter orantes, uti huic tali ſuo principi uitã felicem, atq; omnia optata multo benigniſſime annuat: et poſt hãc uitam in regno ſuo cæleſti coronam adſeruet perpetuam. Nos, quantum cum deo ipſo poſſumus, eius regiæ maieſtati in his, quæ ad honorem, et dignitates, regni præterea ipſius ornamenta ſpectabunt, nullo in poſterum modo ſumus defuturi.

DVm solido diuum sculptor de marmore ducit
Et Iouis et doctæ Palladis effigies:
Tam bene finxit opus, uana et simulachra deorum
Credita pro ueris, et mage culta forent.
Sic HENRICE studes ubi tu polluta deorum
Instaurare stylo, dum reficisq; sacra:
Impia crudelis Lutheri dum dogmata prorsus
Destruis, et rabiem dum ratione domas:
Auxisti diuum cultus: pia numina per te
Nunc omnes una relligione colunt.



BVLLA RO. PON. AD
REGIAM MAIES=
TATEM, PRO E=
IVS OPERIS
CONFIR=
MATI=
ONE.



LEO EPISCOPVS SERVVS seruorũ dei, Charissimo in Christo filio HENRICO Angliæ regi illustri fidei defensori, Sal. et apostolicam beñ. Ex supernæ dispositionis arbitrio licet imparibus meritis uniuersalis ecclesiæ, regimini præsidentes, ad hoc cordis nostri longe lateq; diffundimus cogitatus, ut fides catholica, sine qua, nemo proficit ad salutem, continuum suscipiat incrementũ: et ut ea, quę pro cohibẽdis conatibus illam deprimere, aut prauis, mendacibusq; commentis peruertere, et denigrare molientiũ, sana christifidelium præsertim dignitate regali fulgentium doctrina sunt disposita, continuis proficiant incrementis:

partes

partes nostri ministerij, et operã impendimus effica-
ces. Et sicut alij romani põtifices prędecessores nostri
catholicos principes (prout rerũ et temporũ qualitas
exigebat) specialibus fauoribus prosequi cõsueuerũt,
illos præsertim, qui procellosis temporibus, et rabida
schismaticorũ, et hæreticorũ feruente perfidia, nõ so-
lum in fidei serenitate et deuotione illibata sacrosan-
ctæ Ro. Ecclesiæ immobiles perstiterunt: uerũetiam
tanq̃ ipsius ecclesiæ legitimi filij, ac fortissimi athletæ
schismaticorum, et hęreticorũ insanis furoribus spiri-
tualiter, et temporaliter se opposuerũt. Ita etiam nos
maiestatem tuã propter excelsa, et immortalia eius er-
ga nos, et hanc sanctã Sedem, in qua permissione di-
uina sedemus: opera et gesta condignis, ac immorta-
libus præconijs et laudibus efferre desyderamus, et ea
sibi concedere, propter quæ inuigilare debeat a grege
dominico lupos arcere, et putrida membra, quę my-
sticũ Christi corpus inficiunt: ferro, et materiali gla-
dio abscindere, et nutantiũ corda fidelium in fidei so-
liditate confirmare. Sane cũ nuper dilectus filius Io-
annes Clerk. maiestatis tuæ apud nos orator in Con-
sistorio nostro, coram uenerabilibus fratribus nostris
S.R.E. cardinalibus, et compluribus alijs romanę cu-
riæ prælatis, librũ, quem maiestas tua charitate, quæ
omnia sedulo, et nihil perperam agit, fidei catholicæ
zelo accensa, ac deuotionis erga nos, et hanc sanctam
Sedem feruore inflammata, contra errores diuersorũ
hæreticorum sæpius ab hac sancta Sede damnatos,
nuperq;

nuperq; per Martinum Lutherum suscitatos, et innouatos, tanq̃ nobile, ac salutare quoddam antidotum composuit, nobis examinandum, et deinde authoritate nostra approbãdum obtulisset, ac luculenta oratione sua exposuisset maiestatem tuam paratam, ac dispositam esse, ut quemadmodum ueris rationibus, et irrefragabilibus sacræ scripturæ, ac sanctorum patrũ authoritatibus notarios errores eiusdem Martini confutauerat: Ita etiam omnes eos sequi, ac defensare pręsumentes, totius regni sui uiribus, et armis persequatur: Nosq; eius libri admirabilem quandam, et cælestis gratię rore conspersam, doctrinam diligenter accurateq; introspexissemus, omnipotenti deo, a quo omne datum optimũ, et omne donum perfectum est, immensas gratias agimus, qui optimam, et ad omne bonum inclinatam mentem tuam inspirare, eiq; tantam gratiã superne infundere dignatus fuit: ut ea scriberes, quibus sanctam eius fidem contra nouum errorum damnatorũ huiusmodi suscitatorem defenderes, ac reliquos reges, et principes christianos tuo exemplo inuitares: ut ipsi etiam orthodoxæ fidei, et euãgelicæ ueritati in periculum et discrimen adductæ omni ope sua adesse, opportuneq; fauere uellent. Aequum autem esse censentes eos, qui pro fidei Christi huiusmodi defensione pios labores susceperunt, omni laude, et honore afficere: uolentesq; non solum ea, quæ maiestas tua contra eũdem Lutherum absolutissima doctrina, nec minori eloquentia scripsit: condignis


 laudibus

laudibus extollere ac magnificare, authoritateq; nostra approbare, et confirmare: sed etiam maiestatem ipsam tuam tali honore ac titulo decorare, ut nostris, ac perpetuis futuris tēporibus christifideles omnes intelligant, q̄ gratum acceptumq; nobis fuerit maiestatis tuæ munus, hoc pręsertim tempore nobis oblatū. Nos, qui Petri, quem Christus in cælum ascensurus uicarium suum in terris reliquit, et cui curam gregis sui commisit, ueri successores sumus, et in hac sancta Sede, a qua omnes dignitates ac tituli emanant, sedemus: habita super his cum eisdem fratribus nostris matura deliberatione, de eorum unanimi consilio et assensu, maiestati tuæ titulum hūc, uidelicet, Fidei defensorem, donare decreuimus: prout te tali titulo per pręsentes insignimus: Mandantes omnibus christifidelibus, ut maiestatem tuam hoc titulo nominent: et cum ad eam scribent, post dictionem regi, adiungant, fidei defensori. Et profecto huius tituli excellentia, et dignitate, ac singularibus meritis tuis diligenter perpensis et consyderatis, nullum, neq; dignius, neq; maiestati tuæ cōuenientius, nomen excogitare potuissemus. Quod, quotiēs audies, aut leges, totiēs proprię uirtutis, optimiq; meriti tui, recordaberis: nec huiusmodi titulo intumesces, uel in superbiam eleuaberis, sed solita tua prudentia humilior, et in fide Christi, ac deuotione huius sanctæ Sedis, a qua exaltatus fueris: fortior et constantior euades, ac in domino, bonorū omnium largitore, lætaberis, perpetuum hoc et im-

mortale

mortale gloriæ tuę monumentum posteris tuis relinquere, illisq; uiã ostendere: ut, si tali titulo ipsi quoq; insigniri optabunt: talia etiam opera efficere, pręclaraq; maiestatis tuæ uestigia sequi studeant. Quam, prout de nobis et dicta Sede optime merita est: una cum uxore et filijs, ac omnibus, qui a te, et ab illis nascentur: nostra benedictione, in nomine illius, a quo illam concedendi potestas nobis data est, larga, et liberali manu benedicentes, altissimũ illum, qui dixit, per me reges regnant, et principes imperant, et in cuius manu corda sunt regũ, rogamus, et obsecramus: ut eam in suo sancto proposito confirmet, eiusq; deuotionem multiplicet, ac præclaris pro sancta fide gestis ita illustret, ac toti orbi terrarum conspicuam reddat: ut iudicium, quod de ipsa fecimus, eam tam insigni titulo decorantes, a nemine falsum, aut uanum iudicari possit. Demum, mortalis huius uitę finito curriculo, sempiternæ illius gloriæ consortem, atq; participem reddat. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ insignitionis et mandati infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præsumpserit: indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo uigesimo primo. Quinto Idus octob. Pont. nostri Anno nono.

LIBRUM HUNC HENrici. VIII. Angliç et Franciç regis potentiss. contra Mart. Lutherum Legentibus, decem Annorum et totidem quadragenarum Indulgentia, apostolica authoritate concessa est.





ASSERTIO SEPTEM SA-
cramentorum aduersus Martin. Lutherũ, ędita ab inuictis-
simo Angliæ et Fran-
ciæ rege, et do. Hy-
berniæ Henri-
co eius no
minis
oc
tauo.


BRITISH MUSEUM

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO domino Leoni. X. pont. max. Henricus dei gratia rex Angliæ, et Franciæ, ac dominus Hyberniæ perpetuam felicitatem.





VVUM PARTIM BELlicis, partim alijs longe diuersis studijs, rei publicæ causa, adolescentiam nostram insueuerimus, miraturum te beatissime pater non dubitamus, q̃ eius nunc hominis partes nobis sumpserim⁹, qui omnẽ potius ætatem consumpsisset in literis, ut grauem scilicet hæresim pullulantem cõprimamus. Sed desinet (opinor) tua sanctitudo mirari postq̃ causas expenderit, quæ nos subegerunt, ut hoc scribendi onus (q̃q̃ nõ ignari q̃ sumus impares) subierimus. Vidimus siquidem in messem domini iacta zizaniæ semina, pullulare sectas, hæreses in fide succrescere, et tãtam per orbem totum christianum seminatam discordiæ materiam, ut nemo qui syncæra mẽte christianus sit, hęc tanta mala tam late serpẽtia, ferre diutius possit, quin et studium cogatur, et uires qualescunq; possit, opponere. Mirum igitur uideri non debet, si nos quoq;, tametsi potestate non maximi, fide tamen ac uolũtate nemini secundi, in opus tam pium, tam utile, tam necessarium.

ceſſarium, ut a nemine ferme poſſit abſq; piaculo prę termitti: et noſtram erga tuam ſanctitatem obſeruãtiam, et erga religionem CHRISTI, ſtudiũ, et erga dei cultum, obſequium noſtrum declarare conſtituimus, maxime fidentes, et ſi eruditio noſtra ſit tam exigua, ut propemodum nulla, gratiam tamen dei ſic cooperaturam nobiſcum, ut quod doctrina nequiuimus perficere, id ipſe pro ſua benignitate, ſummaq; potentia plenius abſoluat, ac noſtram in literis imbecillitatem ſuo uigore ſuppleat. Q̃ꝗ in literis quoq;, præſertim ſacris, et ſi certo ſciamus, nuſꝗ nõ eſſe multos qui hoc ſcribendi munus, et obire commodius, et præſtare potuiſſent uberius: tamen non uſq; adeo rudes ſumꝰ, ut in cõmuni cauſa dedeceat, nos quoq;, pro nr̃a uirili, calamo quid poſſemus (quantulũ id cunq; fuerit) experiri. Poſtꝗ enim in adminiſtrãda republica maximam ſemper uim, maximumq; momentũ, religionem habere multo uſu aduertimus, ut primum maturiores annos attigimus: cœpimus eius contemplationi nonnihil ſtudij impendere. Plurimum profecto (poſtꝗ cœpimus) in eo delectati, conſequuti tamen non nos latet ꝗ exiguũ. Tantũ tamen (ut ſperamus) quantũ, adiuuãtibꝰ præſertim, uel potius inſtigantibus ijs, quæ uel admodũ rudem abũde reddere inſtructum poſſent, pietate ſcilicet, et lęſæ religionis dolore, ad Lutherianę hæreſis fraudes rationibus detegendas, ſit ſatis. Itaq; etiam, hac fidutia rem tentauimus, et quę in ea meditati ſumus, ſanctitati tuæ dedicauimus

dicauimus. ut sub tuo nomine, qui CHRISTI uicem in terris geris, publicũ iudiciũ subeant. Sic enim nobis persuasimus, quum ea hęresis aliquandiu inter Christianos grassata, grauissimæ saluberrimæq; sententię tuæ ui, e manibus hominum sit excussa, si quid eius in pectoribus, uel captione aliqua deceptis, uel blandis pollicitationibus inescatis, adhuc resedit: id esse iustis rationibus eximendum. Sic enim futurum, ut quũ duci, q̃ trahi se ingenia libentius patiantur, nõ desit his mitioris quoq; remedij ratio. In qua promouerimus ne, nos quicq̃: an non: beatitudinis tuæ iudicium erit. Cuius etiam arbitrio, si quid est a nobis erratum: corrigendum offerimus.

AD LECTORES.



OTVS QVIDEM FIDELItate ac pietate, q̃q̃ mihi nec eloquẽtia sit, nec scientiæ copia: cogor tamen ne ingratitudine maculer, matrẽ meam CHRISTI sponsam, utinam tanta facultate, quãta cum uolũtate, defendere. Quod licet alij præstare possint uberius ac copiosius: mei tamẽ officij esse duxi, ut ipse quoq;, quãtumuis tenuiter eruditus, quibus rationibus possem, ecclesiam tuerer, meq; aduersus uenenata iacula

ta iacula hostis eam oppugnantis obijcerem. Quod ut faciam, tempus ipsum, et præsens rerum status efflagitat. Nam antea quum nemo oppugnaret, nemini propugnare necesse erat. At quum iam hostis exortus sit, quo nullus potuit exoriri malignior, q dæmonis instinctu, charitatem prætexens, ira atq; odio stimulatus, et contra ecclesiam, et contra catholicam fidem uipereum uirus euomuit: necesse est aduersus hostem cõmunem Christianæ fidei, omnis CHRISTI seruus, omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo consurgat: ut qui uiribus nõ ualent, officium saltem alacri testentur adfectu. Nunc itaq; conuenit: ut duplici armatura muniamur: cælesti scilicet ac terrestri. Cælesti: ut qui ficta charitate et alios perdit, et perit ipse: uera charitate lucrifactus: alios lucrifaciat. & qui falsa doctrina depugnat, doctrina uera uincatur. Terrestri uero: ut si tam obstinatæ maliciæ sit, ut cõsilia sancta spernat: et correptionem piam contemnat, merito coerceatur supplicio: ut qui benefacere nõ uult, desinat malefacere: et qui nocuit uerbo maliciæ: supplicij prosit exemplo. Quæ pestis unq̃ tam perniciosa inuasit gregẽ CHRISTI? Quis serpens unq̃ tam uenenatus irrepsit, q̃ is, qui de babylonica captiuitate ecclesiæ scripsit: qui scripturã sacrã ex suo sensu cõtra CHRISTI sacramẽta detorquet: traditos ab antiquis patribus ecclesiasticos ritus eludit: sanctissimos uiros, uetustissimos sacrarum literarum interpretes, nisi quatenus ipsius sensui conueniunt et consentiunt,

Lutherus matrem oppugnat.

sentiunt, nihil impēdit: sacrosanctam sedem romanam Babylonem appellat: summum pontificium uocat tyrannidem: totius ecclesiæ decreta saluberrima captiuitatem censet: sanctissimi pōtificis nomen in Antichristum conuertit. O detestabilis arrogātiæ, contumeliæ, ac schismatis buccinator. Quātus inferorū lupus est iste, qui CHRISTI gregem dispergere quęrit? Quantum diaboli membrum: qui Christianos CHRISTI membra quęrit a capite suo decerpere? Q̄ putris huius animus, q̄ execrabile propositū, q et sepulta resuscitat schismata, et uetustis adijcit noua, et hæreses æternis abdendas tenebris, uelut Cerberum ex inferis producit in lucem: dignumque ducit se: cuius unius uerbo (posthabitis antiquis omnibus) uniuersa regatur, imo subuertatur ecclesia? De cuius ego malicia, quid dicam nescio: quam tantam censeo, quantā, neq; lingua cuiusq̄, neq; calamus exprimere possit. Quamobrem uos omnes Christi fideles hortor, oro, et p CHRISTI nomē (quod pfessi sumus) obtestor: ut qui Lutheri opera (si modo is Babylonicæ captiuitatis sit author) omnino uelint inspicere: caute illud, et cum iudicio faciāt: ut quemadmodum Vergilius aurū se colligere dixit e stercore Ennij: sic e medijs malis colligant bona. Nec ita (si quid arridet ipsis) afficiantur: ut cum melle simul imbibant uenenum. Multo enim satius fuerit utroq; carere, q̄ utrūq; glutire. Quod ne accidat, utinam author aliquando resipiscat, ut conuertatur et uiuat: ac

Lutheri superbia.

Lutherus caute legendus.

suos

ſuos libros omni malicia refertos, exẽplo Auguſtini (cuius regulam profitetur) retractet, erroresq́ꝫ reuocet. Quod ſi recuſet Lutherus: breui certe fiet, ſi chriſtiani principes ſuum officium fecerint: ut errores eius, eumq́ꝫ ipſum (ſi in errore ꝑſtiterit) ignis exurat. Interea nobis uiſũ eſt, in captiuitate Babylonica quædam loca commonſtrare lectoribus, in quibus pręcipuum latet uenenum. Ex quibus aperte ſatis conſtabit, q̄ exulcerato animo aggreſſus ſit opus, qui quum publicum bonum prætẽdat: nihil pręter maliciam ad ſcribendum afferat.

Vt hæc doceamus, quæ diximus: haud longe nobis petendę probationes ſunt. Nam ne quis ob eã rem ſurſũ deorſum curſitet, Lutherus ultro ſeſe, atq́ꝫ animũ ſuũ primo ſtatim principio prodit. Quis enim dubitet, quo tẽdat, quo ſe ꝓpriat is, cuius uel hunc unum uerſum legerit?

I N

INDVLGENTIAE SVNT ADVLATO-RVM ROMANORVM NE-QVICIAE.



VEMADMODVM ANImal omne potissimum ex facie dinoscitur: ita ex hac quoq; prima propositione clarescit, q̃ suppuratum ac putridũ is habeat cor, cuius os amaritudine plenũ, tali exundat saniе. Nam quæ de indulgētijs olim disseruit, ea plærisq;, multũ uidebantur adimere nõ modo de potestate pontificis, uerũ etiam de bona spe ac sancta consolatione fideliũ: hominesq; uehementer animare: ut in pœnitētiæ suæ confisi diuicijs, ecclesiæ thesaurum et ultroneam dei benignitatem contemnerent. Et tamen ea quæ tum scripsit omnia, idcirco mitius accepta sunt, quia plæraq; disserebat dumtaxat, non asserebat. Subinde etiam petēs doceri: seseq; pollicens meliora docenti pariturum. Verum istud q̃ simplice scripsit animo, homo sanctulus et omnia referens ad spiritum, qui fictum effugit: hinc facile deprẹhenditur: q simul atq; a quoq̃ salubriter est admonitus: ilicet ꝓ benefacto regessit maledictum: conuicijs et cõtumelijs insaniens: quibus operæprecium est uidere, quo uẹsaniæ tandem prouectus est. Ante fassus est indulgētias hactenus sal-

Lutheri fictio.

Spiritus sanctus effugit fictum. Sap. i.

b tem

tem ualere, ut prẹter culpam etiam a pœnis absolue-
rent, quascunq; uidelicet, uel ecclesia statuerat, uel su-
us cuiq; sacerdos iniunxerat. Nunc uero, nō eruditi-
one (ut ipse inquit) sed malicia tantum profecit, ut si-
bi ipsi cōtrarius, indulgentias in uniuersum condem-
net. Ac nihil aliud eas dicat esse, q̃ meras imposturas
ad nihil omnino ualere: præterq̃ ad perdendam ho-
minum pecuniam, ac dei fidem. Qua in re, q̃ nō scele-
rate modo, uerum etiam furiose bacchatur, nemo est
qui nō uidet. Nam si nihil omnino ualent indulgen-
tiæ, sed meræ sunt (ut Lutherus ait) imposturæ: tunc
necesse est impostores fuerint, non hic tantum pon-
tifex LEO decimus (cuius innocens et inculpata ui-
ta, moresq; sāctissimi ab ineunte ætate per orbem to-
tum satis explorati sunt, quemadmodum in epistola
quadam ad pontificem Lutherus etiam ipse fatetur)
uerumetiam tot retro sæculis omnes romani pontifi-
ces, qui (quod Lutherus ipse commemorat) indulge-
re solebant, alius remissionem annuam, alius trien-
nem, quidam aliquot condonare quadragesimas: nō-
nulli certam totius pœnitētiæ partem: tertiam puta,
uel dimidiam. aliqui demum, remissionem indulserūt
et pœnæ et culpæ plenariā. Omnes ergo (si uera di-
cit Lutherus) fuerunt impostores. At quanta magis
cum ratione creditur hūc unum fraterculum, morbi-
dam esse ouem, q̃ tot olim pontifices perfidos fuisse
pastores? Nam Lutherus (ut dixi) cuiusmodi uir sit:
q̃ nihil omnino charitatis habeat: euidentissime de-
clarat

Lutherus sibi ipse cōtrarius.

Leo decim⁹

clarāt: quum nō uereatur tot summis, tot sanctis pō-
tificibus tantum crimen impingere. Si deus in Leui- Leuitici. xix.
tico dicit omnibus. Non eris criminator, nec susurro
in populis: quid de Luthero censendum est, qui tam
immane crimen, non in unum aliquem hominem: sed
in tam multos, tam uenerandos spargit antistites?
Idemq;, non in una quapiā urbe susurrat: sed per to-
tum buccinat orbē? Si maledictus in Deuteronomio Deutero. xxvij.
dicitur, qui clam percusserit proximum: quanta ma-
ledictione percutitur, qui palam tātis obprobrijs in- I. Iob. iij.
sultat in præpositos? Deniq; si homicida est (ut ait
Euangelista) nec uitam habet æternam, qui odit fra-
trē: an nō hic æterna dignus morte parricida est, qui
odio prosequitur patrem? Qui quum eousq; progre-
ditur, ut neget indulgētias quicq̃ ualere in terris, fru- Lutherus de purgatorio.
stra cū eo disputem, quantum ualeant in purgatorio.

Præterea quid profuerit cum illo loqui, quibus sub-
sidijs liberemur a purgatorio, qui totum ferme tollit
purgatorium? Vnde quum pati non possit, ut ponti-
fex quenquam eximat, ipse sibi tantum sumit, ut ne-
minem ibi relinquat. Quid attinet cum eo pugnare,
qui pugnat ipse secum? quid argumētis promoueam
si cum eo agam, ut donet quod ante negauit, qui nūc
id ipsum negat, quod ante donauerat? Verum quan-
tumuis disputentur indulgentiæ pontificis: necesse
est inconcussa maneant uerba CHRISTI, quibus
Petro claues cōmisit ecclesiæ, quum dixit. Quicquid Matthæus xvi.
ligaueris super terram, erit ligatū et in cælo: et quic-
quid

quid solueris super terram, erit solutū et in cælo. Item quorum remiseritis peccata, remittentur: et quorum retinueritis peccata, retinebuntur. Quibus uerbis, si satis constat sacerdotem quemlibet, habere potestatem a mortalibus absoluēdi criminibus: et æternitatem pœnæ tollendi: cui non uideatur absurdum, sacerdotum omnium principem, nihil habere iuris in pœnam temporariam? Verum aliquis fortasse dicet, Lutherus ista non admittet, sacerdotem ullum quicq̄ ligare uel soluere, aut pontificem summū plus habere potestatis, q̄ alium quemuis episcopum: imo q̄ quēlibet sacerdotem. At quid id mea, quid admittat, aut quid non admittat is, qui quorum nihil admitat nūc, eorum plæraq; paulo prius admisit: quiq; omnia nūc reijcit solus: quæ tota tot sæculis admisit ecclesia? Nam (ut cætera taceam, quæ nouus iste Momus reprehendit) certe indulgentias, si pontifices peccauere qui concesserunt: immunis a peccato nō erat tota cōgregatio fidelium: qui eas tam diu, tanto consensu susceperunt. Quorum ego iudicio, et obseruatæ sancto rum consuetudini, non dubito potius acquiescendū: q̄ Luthero soli, qui totam ecclesiam, tam furiose condemnat. Cuius non modo summum pontificem cōuitijs insanis incessit: uerum etiam proclamare non ueretur: Pontificium ipsum inane prorsus nomen esse: nec re quicquā aliud esse censendum, q̄ regnum Babylonis, et potentiam Nembroth robusti uenatoris: eoque lectores orat, orat librarios: ut omnibus

Lutherus libros suos de

quæ

quę prius de papatu scripsit exustis, hanc unam propositionem teneant.

uouet igni.

PAPATVS EST ROBVSTA VENATIO ROMANI PONTIFICIS.



LLVD HERCLE NON absurdum uotum est, quod quæ ante scripsit, flammis optat absumi. Erant enim pleraque flāmis digna: sed multo tamē ista propositio dignior, quā, exustis illis, iubet: uelut dignam ęternitate substitui. Quanquam quis nō hic quoque, nisi qui maliciam norit, miretur inconstantiam? Nam prius papatum negauerat esse diuini iuris: sed humani iuris esse concesserat. Nunc uero secum dissidens, neutrius iuris esse cōfirmat: sed pontificem sibi, mera ui sumpsisse, atque usurpasse tyrannidem. Sentiebat ergo pridem, humano saltem consensu, propter bonum publicum, romano pontifici, super ecclesiam catholicam delatam esse potestatem. Idque usque adeo sentiebat: ut Boemorū quoque schisma detestaretur: quod se ab obedientia romanæ sedis abscinderent: pronuncians eos peccare damnabiliter, quicunque papæ nō obtemperarent. Hæc quum haud ita pridem scripserit: nunc in idem, quod tum detestabatur, incidit. Quin istud quoque similis est cōstantiæ: quod quum in cōcione quadam

Lutherus sibi cōtrarius

Lutherus nuper boemos detestabatur.

Lutherus contra facit ac docet.

quadam ad populum: excommunicationem doceat esse medicinam: et obedienter, pacienterque ferendam. paulo post, excommunicatus ipse, idque meritissimo iure: sententiam tamen tam impotenter tulit, ut rabie quadam furibundus, in contumelias, conuicia, blasphemias, supra, quam ullae possint aures ferre, proruperit: sic ut, suo furore plane perspicuum fecerit, eos, qui pelluntur gremio matris ecclesiae, statim furijs corripi, atque agitari daemonibus. Sed istud rogo, qui illa tam nuper uidit, unde nunc subito uidet, nihil se tunc uidisse? Quos nouos oculos induit? An acutiore cernit obtutu, postquam ad superbiam solitam, ira quoque superuenit, et odium: et longius uidelicet prospicit, usus tam praeclaris conspicilijs?

Lutheri conspicilia.



ON TAM INIVRIVS uero Pontifici: ut anxie, ac sollicite de eius iure disceptem, tanquam res haberetur pro dubia. Satis est, ad praesens negocium, quod inimicus eius, ita furore prouehitur, ut sibi fidem deroget ipse, ac dilucide se ostendat, prae malicia neque constare secum, neque uidere, quid dicat. Nam negare non potest, quin omnis ecclesia fidelium, sacrosanctam sedem romanam, uelut matrem, primatemque recognoscat, ac ueneretur, quaecunque saltem neque locorum distantia, neque periculis interiacentibus, prohibetur accessu. Quanquam, si uera dicunt, qui ex

Amplitudo

India

India quoq; ueniunt huc, Indi etiam ipsi, tot terrarum, tot marium, tot solitudinum plagis disiūcti, romano tamen se pontifici submittunt. Ergo si tantam, ac tam late fusam potestatem, neque dei iussu pontifex, neq; hominum uoluntate consequutus est, sed sua sibi ui uendicauit: dicat uelim Lutherus, quando in tantæ ditionis irrupit possessionem. Non potest obscurum initium esse tam immensæ potentiæ, præsertim, si intra memoriam hominum nata sit. Q: si rem, dixerit, unam fortassis, aut duas ætates supare: in memoriam nobis rem redigat ex historijs. Alioqui, si tam uetusta sit, ut rei etiam tantæ oblite rata sit origo: legibus omnibus cautum esse cognoscit: ut cuius ius, omnem hominum memoriam ita supergreditur: ut sciri non possit, cuiusmodi habuerit initium, censeatur habuisse legitimum, uetitūque esse constat, omnium consensu gentium, ne, quæ diu manserunt immota, moueantur. Certe si quis rerum gestarum monumenta reuoluat, inueniet iam olim, protinus post pacatum orbem, plærasque omnes Christiani orbis ecclesias obtēperasse romanæ. Quin Græciam ipsam, q̄q̄ ad ipsos commigrasset imperium, reperiemus tamen: quod ad ecclesiæ primatum pertinebat, præterq̄ dum schismate laborabat, ecclesiæ romanæ cessisse. BEATVS uero Hieronymus, quantum romanæ sedi censeat deferendū, uel inde luculenter ostendit, q; quum romanus ipse non esset: tamen aperte fatetur, sibi satis esse, si suam

papatus.

Antiquitas papatus.

Græcia romano paret pontifici.

Diuus Hieronymus.

ſuam fidem, quibuſuis improbantibus aliis, conprobaret papa romanus. cui quum Lutherus tam impudenter pronunciet (idq; contra ſuam pridem ſententiam) nihil omnino iuris in eccleſiam catholicam, ne humano quidem iure competere: ſed Papā mera ui, meram occupaſſe tyrannidem: uehementer admiror: q̄ aut tam faciles, aut tam ſtupidos ſperet eſſe lectores: ut ſacerdotem credāt inermem, ſolum, nullo ſeptum ſatellitio, (qualem fuiſſe eū neceſſe eſt, priuſq̄ eo potiretur, quod eū Lutherus ait inuaſiſſe) uel in ſpem uenire unq̄ potuiſſe: ut nullo iure fultus, nullo fretus titulo, in tot ubiq; pares epiſcopos, apud tam diuerſas, tam procul diſiectas gentes, tantum optineret imperium. Nedū, ut credat quiſq̄ populos omnes urbes, regna, prouincias, ſuarum rerum, iuris, libertatis, fuiſſe tam prodigos: ut externo ſacerdoti, cui nihil deberēt, tantum in ſeſe poteſtatis darent, quātum ipſe uix eſſet auſus optare. SED QVID refert: quid in hac re Lutherus ſentiat: qui præ ira, atq; inuidia nō ſentit ipſe, quid ſentiat: ſed bene declarat obfuſcatam ſcientiam ſuam: et cor ipſius inſipiens obſcuratū, traditumq; in reprobū ſenſum: ut faciat, ac dicat ea, quæ
I. Corinth. xiij. non conueniunt. Q̄ uerum eſt illud apoſtoli. Si habuero prophetiam, et nouerim omnia myſteria, et omnem ſcientiam: et ſi habuero omnem fidem: ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero: nihil ſum. A qua, q̄ longe abeſt iſte, non illud tātum oſtendit: q̄ præ furore perit ipſe: ſed iſtud multo magis, q̄

gis, ꝙ uniuersos secum trahere conatur in perditionem, dum, omnes ab obedientia summi pontificis, laborat auertere: cui ipse triplici uinculo tenetur astrictus: utpote Christianus, sacerdos, et postremo fraterculus, tripliciter a deo uicissim puniendus. Neq; meminit quicq̃, quanto melior est obedientia, q̃ uictimę. Neq; consyderat, si in Deuteronomio cauetur: ut qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio: qui pro tempore ministrat domino deo suo, et decreto iudicis, moriatur: q̃ atroci sit supplicio dignus is, qui sacerdoti omnium summo, eidemque supremo in terris iudici, nõ paruerit. Nam et quum uocaretur ad pontificem, oblatis expensis, et data fide, uenire tamen fraterculus, nisi munitus præsidio contempsit, et iam, quoad potest, totã perturbat ecclesiam, corpusque totum solicitat ad rebellandum capiti, cui quasi peccatum areolãdi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. QVAMOBREM quum Lutherus odio prouectus, se præcipitet in perniciem, et legi dei recuset esse subiectus, suam nimirum quærens constituere: nos uicissim christicolæ caueamus, ne (q̃d apostolus ait) per inobedientiam unius hominis peccatores constituti simus multi, sed illius iniquitatem posi: domino cum propheta canamus. Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi.

I. Reg. xv. Deutero. xvij. Modestia fraterculi. I. Reg. xv. Ro. x. Ro. v.

AT ISTA DVO CAPITA DE TOLLENdis prorsus indulgentijs, et auferenda potestate sum-

mi pontificis, de quibus, quid nobis uidetur, expo-
suimus: quantũuis impia sint: Lutheri tamen nõ nisi
præludia sunt ad sacramenta periměda, quod toto a-
git libro. Quem librũ totum fatetur pręludium, ad o-
peris, opinor, quippiam, in quo decreuit serio moliri
totius expugnationem fidei. Qꝫ q̃ uehemẽter admi-
ror, si quicq̃ ędet unq̃ tã seriũ, ut plus tumere ueneno
queat, q̃ totum hoc turget præludium. In quo proti-
nus, ex sacramentis septem, tantum relinquit tria, nec
ea tamen, nisi pro tempore, nimirum significans, illa
etiam ipsa, ꝓpediem sese sublaturum. Nam e tribus
unum aufert paulo post, eodem libro, quo plane de-
claret, quid proponet in reliquis.

Quã in rem, uiam etiã uidetur pręstruere, quũ ait se,
si scripturarum more loqui uelit, nõ nisi unum sacra-
mentum et tria signa sacramentalia positurum.

Lutherus unum tantũ sacramentũ admittit.

Qꝫ si quis diligenter inspiciat, quo pacto tractet hęc
tria sacramenta, quæ, seu tria, seu tribus sub signis, u-
num ponit pro tempore: uidebit ea, sic ab illo tracta-
ta, ut nemini relinquat dubiũ, id, illum in animo mo-
liri, ut omnia tria, possit suo rursus tempore prorsus
amoliri. Quas colubri istius astutias, quo facilius le-
ctor possis depræhendere, obserua diligenter singula
uestigia eius, et suspende gressus tuos, neq; nimium
securus, inter uepres, ac tribulos, latebras, et spelun-
cas eius obambula, ne ex occulto insidiatus calcaneo
tuo, exitiale uirus instillet. Depręhẽsus enim torpe-
bit ignauꝰ, et suo ipse ueneno tabescet.

Lutherus quo tendat.

Lutherus ut coluber cauendus.

INCI-

INCIPIAMUS ergo, unde ipse incœpit, a uenerabili sacraměto corporis Christi, cuius primo, q̃ nomen mutet, ac uocari uelit sacramentũ panis: indicat hominẽ, nõ ualde bene ferre, q̃ ipso sacraměti nomine, admoneamur corporis Christi, et sicubi reperire colorẽ potuisset, quo nomen dare potuisset deterius: libenter fuisse daturũ. Cuius ab animo perq̃ longe dissidet, ac dissentit beatus Ambrosius, quũ dicit. Licet figura panis et uini in altari uideatur: nihil tamen aliud, q̃ caro et sanguis Christi, credẽda est. Ex quibus uerbis euidẽtissime clarescit, Ambrosiũ fateri nullam aliam substantiam cum Christi corpore manere permixtam: quum dicat nihil aliud esse q̃ corpus et sanguinẽ Christi, id quod figura panis uidetur, et uini. Si tantũ dixisset Ambrosius, caro et sãguis, potuisset fortasse Lutherus dicere, q̃ Ambrosius fatẽdo esse carnem et sanguinem: nõ negaret tamen panẽ simul esse ac uinũ, quemadmodũ Lutherus ipse dicit, carnis substantiam cum pane, et sanguinis una cum uino subsistere. Sed quum Ambrosius dicat nihil esse aliud, q̃ carnem et sanguinem: aperte cõtradicit Luthero, qui simul cum carne dicit esse panem, et simul cum sanguine, uinũ. Q̃q̃ si id quod Lutherus dicit, tam uerũ esset, q̃ falsum est, panem cũ Christi carne simul manere permixtum: tamẽ ne sic quidem necesse fuit Luthero, delere nomen corporis Christi ex sacramento, in quo fatetur uerũ Christi corpus esse. Nam si panis etiã substãtia simul cũ Christi corpore adesset: (quẽadmodum

Lutherus vocat sacramentum panis.

Ambrosius.

modum iſte contendit) non eſt tamen ratio, cur infe-
rior ſubſtantia nomen præripiat digniori. Nam et ſi
rudibus adhuc populis, ad auditorum captum ſe de-
mittens apoſtolus panem uocauit: nūc tamen, tā diu
ſtabilita fide, nomen tam uenerabile, quod rem ſacra
menti repreſentet audientibus, in id nomen, quod au
ditorum animos a corpore, in panem auerteret: non
oportebat immutari. Nec immutaſſet haud dubie Lu
therus, niſi ſecū ſtatuiſſet, populū paulatim a Chriſti
corpore, a quo, ipſe iam preciſus eſt, in panis uenera-
tionē traducere, qua de re, paulo poſt dicem⁹ uberi⁹.

Lutheri pro poſitum.

IMTERIM VERO LIBET EXCVTERE
q̄ fraudulenter per ſpeciem fauoris in laicos, conetur
eorum odium concitare in ſacerdotes. Nam quum de
creuiſſet eccleſiæ fidem ſuſpectā reddere: ne quid pō-
deris, eius haberet authoritas, atq; ita facta uia: pre-
cipua quæque chriſtianæ religionis euertere: ab ea re
ſumpſit initium, cui populum ſperabat alacriter ap-
plauſurum. TETIGIT ENIM uetus ulcus, quo
pridem ulcerata eſt Boemia, q laici ſub utraq; ſpecie
nō recipiant euchariſtiam. Eam rem, quum prius ita
tractaſſet, ut dumtaxat diceret, recte facturum pōti-
ficem, ſi curaret communi concilio ſtatuēdum, ut ſub
utraq; ſpecie laici cōmunicarent: poſt, ubi neſcio qs,
illud ei negauit: nō contentus in eo manere, quod di-
xerat, ſic profecit in peius, ut totum clerum condem-
net impietatis, q iſtud nō faciant, non expectato cō-
cilio.

Lutherus ſibi cōtrarius

cilio. Ego de primo non disputo. Cæterum, etiam si causas non uiderem, cur non decernat ecclesia, ut utraque species ministretur laicis, tamen dubitare non possem, quin sint idoneæ, quæ et olim fecerunt, ut id omitteretur, et nunc quoque faciant, ne redintegretur. Nec plane assentior, totum clerum, per tot sæcula fuisse tam stolidum, ut se obstrinxerit æterno supplicio propter eam rem, unde nihil reportaret cõmodi temporalis, imo uero, q̄ nihil sit talis periculi, uel hoc euidenter ostendit, q eos, qui non tantum istud fecerunt, uerumetiam qui scripserunt esse faciẽdum, deus non modo suscępit in cælum, uerum etiam uoluit esse uenerandos in terris, et ab hominibus honorari, a quibus honorat̃ ipse. Inter quos fuit (ut de alijs interim taceam) uir eruditissimus, et idem sanctissimus diuus Thomas Aquinas, quem ideo libẽtius commemoro, quoniã eius uiri sanctitatem Lutheri ferre non potest impietas, sed quẽ omnes Christiani uenerantur, pollutis labijs ubique blasphemat. Quoq̄ sunt ꝑmulti, qui etiam si pro sanctis recepti non sunt: tamen siue doctrina, siue pietate spectentur, tales sunt, ut Lutherus eis comparari non possit, qui hac in re contrariũ Luthero sentiunt. Inter quos sunt magister sententiarũ, et Nicholaus de Lira, et complures alij, quorum cuilibet magis expedit Christianos omnes, q̄ Luthero credere. AT VIDE quæso, q̄ uacillat, ac sibi repugnat Lutherus, uno loco dicit, CHRSTVM in cœna omnibus omnino fidelibus, non permittendo, sed

Miraculis clarẽt quos Lutherus damnat.

Lutherus sibi repugnãs

sed præcipiendo dixisse. Bibite ex eo omnes. Postea uero, timēs ne laicos, quibus in sacerdotum odiū adulatur, offenderet: hæc uerba subiungit. Non ꝙ peccent in Christū, qui una specie utuntur, quū Christus nō præceperit ulla uti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit, dicens. Quotiescunq; hæc feceritis, in mei memoriam facietis: sed, ꝙ illi peccant, qui hoc arbitrio uolētib⁹ uti: prohibēt utranq; dari. Culpa nō est in laicis, sed in sacerdotibus. Videtis aperte, quod primo dixit esse pręceptum: hic dicit non esse præceptum, sed cuiuslibet arbitrio relictum. Quid opus est ergo, nos illi contradicere, qui sibi toties contradicit ipse? Et tamen quum dixit omnia: laicos non satis defendit, si quis rē urgeret, et in sacerdotibus, quos tā atrociter accusat, nihil probat esse peccati. Nam in eo dicit totum esse peccatū: ꝙ sacerdotes, alterius speciei laicis inuitis adimerent libertatem. HIC IGITVR, si quis eū ꝑcontetur, qui sciat, istum ritū inoleuisse, renitente populo: non potest (opinor) docere. Cur ergo totū condemnat clerum, ꝙ laicis inuitis, ademerit suum ius, quum id inuitis esse factum, nullo possit documento probare? Quanto fuit ęquius, si, nisi uolentibus illis, recte nequiuit institui: pronunciare, pro tot sæculorū consuetudine, plæbis interuenisse cōsensum? Ego certe, qui uideo, quas res a plæbe clerus obtinere nō potest, ne tantū quidem, quin ferme, sub ipso altare suorum condant cadauera: non facile credo, populum fuisse passurū, ut inuiti ꝑ cōtumeliam, in tanta re, ab ulla iuris.

Lutheri uerba.

la iuris sui parte pellerentur, sed causis aliquot idoneis, e laicorum quoq; uoluntate constitutum. At istud miror, tam uehemẽter indignari Lutherum, laicis ademptam alteram, quum nihil eum permoueat, q utraq; species adimatur infantibus, nam illos olim communicasse, nec ipse negare potest. Qui mos si recte fuit omissus: q̃q̃ Christus dicat, bibite ex hoc omnes, nec quisq̃ dubitat, quin causæ fuerint magnę, etiam si nunc earum nemo meminisset: cur non etiam cogitemus, bonis, iustisq; rationibus, quantumuis nunc ignoratis, abolitam esse cõsuetudinem, qua laici olim, nec id fortasse diu, sub utraq; specie solebant recipere sacramentum? Præterea, si eam rem, ad exactam euangelicæ narrationis formam reuocat, neq; quicquam prorsus permittit ecclesiæ: cur eucharistiam nõ iubet semp in cœna recipi, imo uero post cœnam? Denique non minus incommodi fuerit, in hoc sacramento facere, si quid fecisse nõ debeas, q̃ si quid non facias, quod fecisse debueras. Ergo si totius ecclesiæ consuetudo, rectum non facit, ut in laicis omittatur species uini: qua ratione aquã in uinum audet Lutherus infundere? Neq; enim tam audacem puto, ut sine aqua consecret, quam tamen ut admisceret, neq; exemplum habet ex cœna dominica, neq; ex apostoli traditione compertum, sed sola ecclesiæ consuetudine didicit, cui si putat hac in parte parendum, cur eam in altera tam arroganter oppugnat? Qua de re, quicquid Lutherus obgannit, ego certe tutius

Infantes olim ad communionem admittebantur.

Lutherus prostratus.

opinor

opinor credere, laicos recte sub altera tantum specie communicatos, q̃ p̱ tot sæcula, totum clerum (quod iste disputat) hac una de causa fuisse damnatum. Nã omnes appellat impios, et tales, ut in crimen inciderint læsæ magestatis euangelicæ. Q̃ꝛ si utri sint (inquit) hæretici et schismatici nominãdi: nõ boemi, nõ græci, quia euangelijs nituntur, sed uos romani estis hæretici, et impij schismatici, qui solo uestro figmẽto præsumitis contra euidentes dei scripturas. SI LVTHERVS nihil admittit aliud, q̃ euidẽtes dei scripturas: cur non iubet eucharistiã (uti dixi) sumi a cœnantibus? Nam sic factum a Christo, scriptura commemorat. Quanto melius crederet Lutherus, nõ humano figmento, sed eodem authore deo, factũ in ecclesia, ne laici sub utraq; specie reciperent eucharistiã, quo authore, factum est, ut reciperetur a ieiunis? Placuit enim, ut ait beatus Augustinus, spiritui sancto, ut corpus domini, quod post alios cibos ab apostolis in cœna receptum est: ante alios cibos, a ieiunis reciperetur in ecclesia. Videtur ergo uerisimile, q̄ spiritus sanctus, qui Christi regit ecclesiam, sicut eucharistiæ sacramentum mutauit a cœnantibus ad ieiunos: ita laicos, ab utraq; specie deduxit in alteram. Nam qui alterum mutare potuit: cur nõ alterare potuerit et alterum? Hoc loco plane se ostendit Lutherus, quid agitet in animo, quum Boemos, quorum p̱fidiam pridem execrabatur: nunc tam blande, uicissim demulceat. Neq; enim quisq̃ eorum, quos ille papistas appellat,

Lutheri uerba contumeliosa in totum clerũ.

Augustinus

pellat, et adulatores pontificis, ita romano blanditur antiſtiti, quomodo Lutherus etiam fæci boemicę plę-bis adulatur? Nec id tamen ab re. Videt enim breui fore, ut Germani, quibus pridem per ſpeciem ouinæ ſimplicitatis impoſuit: agnitum tandem lupum ſint eiecturi: atque ideo Boemis ante ſe inſinuat, ac ſibi, quoad poteſt, amicos facit de mammona iniquitatis, ut in quorum immigrauit errores, (extorris aliquādo ſua) illorum immigrare ſinatur in patriam. Ad quos, ut ob facinus aliquod inſigne, ueniat commendatior: conatur interim, eccleſiaſticæ conſuetudinis omnem uim, atq; authoritatem extinguere. Poſt, ſi id (quod omen auertant ſuperi) feliciter ei ceſſerit: concuſſurus omnia. Longius enim deſtinat, q̄ quo putatur tendere. Atq; ita cauſam agit laicorum, ut longe meditetur aliud, q̄ præ ſe fert: quibus, quantumuis blande porrigat altera manu panē: altera tamen geſtat ſcorpionem. Nam multis primum uerbis agit, ut laici permittantur utranq; ſpeciem ſumere. Et quis nunc non credat, hoc eum conari, ut laicorum cultum erga ſacramentum adaugeat? Verum pauliſper obſerua, quo tendat. Nam tandem, ſic rem totam claudit, ut id quoq; permitti poſtulet, ne laici communicare cogantur in paſchate, neue ullum eis ſumendæ euchariſtiæ tempus indicatur, ſed liber quiſq; ſuo relinquatur arbitrio: imo uero, ut ne ſæpius in tota uita quiſq̄ ſumat, q̄ ſemel, idq;, non ante extremum uitæ diem, qui et incertus eſt: et quum ad eum uentū eſt, ſumere

Lutherus fugam meditatur ad boemos.

Lutheri dolus depræhenſus.

d plærīq;

Speciosa Lutheri libertas ægyptiaca seruitute deterior.

Lutheri hypocrisis.

plærique non sustinent. Ita, qui uidebatur id agere, ut laici recipere sinerentur utranque, id oblique procurat, ut impune liceat, ne speciem unquam, quisquam sumat ullam, et hanc prçclaram libertatem ducit, ut populus in toto, a suscipiendo sacramento liberetur. Quãobrem, utcunque serpens, amico blandiatur aspectu, certe uenenata ista cauda, spiculum quærit infigere, facitque perspicuum, hoc magis illum torquere, quod populus alteram speciem recipiat, quam quod altera abstineat. Nam quemadmodum serpens antiquus, eiectus e cælo, inuidit homini paradisum: ita Lutherus quoque, postquam sua culpa sic in excommunicationis incidit laqueum, ut utriusque speciei salubri communione priuetur: reliquos omnes, eodem laqueo cupit implicare, ut utriusque recipiendę uinculo soluti, neutram paulatim assuescant recipere. Quod illius execrandum propositum, quo magis in libello progrederis, eo magis magisque pellucet.

NAM SECVNDAM CAPTIVItatem facit, quod quisquam uetetur credere uerum panem, uerumque uinum restare post consecrationem. Qua in re, contra quam, totus iam credit Christianus orbis, ac multis retro sæculis credidit, persuadere conatur Lutherus, in eucharistia sic esse CHRISTI corpus et sanguinem: ut tamen substantia ueri panis, uerique uini remaneat, posthac opinor, quum libebit, corporis aliquando substantiam sanguinisque negaturus,

negaturus, tanquam post in melius mutata sententia, quemadmodum ter, ante iam fecit, nempe in indulgentijs, in potestate pōtificis, et communione laicorum. Interea se fingit ista docere, motum uidelicet misericordia captiuitatis, qua populus Israeliticus seruiat Babyloni. Ita totam ecclesiam appellat Babylonem, Ecclesiæ fidem uocat seruitutem, et homo misericors offert libertatem omnibus, qui uelint ab ecclesia separari, et istius putridi et abscisi membri cōtagione corrumpi. At quibus modis, inuitat in hanc plus q̃ seruilē libertatē, operæpreciū est cognoscere.

Lutheri insignis misericordia.

MAGNAM CENSET AC PRIMARIAM rationē, q̄ uerbis diuinis non est ulla faciēda uis, neq; per hominē, neq; per angelū, sed quantum fieri potest (inquit) in simplicissima significatiōe seruā da sunt: et nisi manifesta circūstātia cogat, extra grāmaticā, et propriam, accipienda nō sunt, ne detur aduersarijs occasio, uniuersam scripturā eludēdi. At uis (inquit) fit uerbis diuinis, si quod Christ⁹ ipse uocat panem: hoc nos dicamus intelligi panis accidentia, et quod ille uinum uocat: hoc nos dicamus esse tātum uini speciem. Omnibus ergo modis, uerus panis, ac uerum uinum restat in altari, ne uerbis Christi fiat uis, si species sumatur pro substantia. Nam quum euangelistæ clare scribant (inquit) Christum accepisse panem ac benedixisse, et actuum liber, et Paulus, panem deinceps appellent, uerum oportet intelligi

Lutheri argumentum.

Lutheri uerba.

panem,

panem, uerumq; uinum, sicut uerum calicem. Non enim calicem transubstantiari etiam ipsi dicunt.

Lutheri argumentum diluitur.

HAEC EST ergo magna, et (quemadmodum ait ipse) primaria Lutheri ratio, quam ego me spero facturum, ut omnes q̃ primum intelligant: nihil magni habere momenti. Nam primum, id quod ait, euangelistas clare dicere, quantumuis clare dicant: pro Luthero tamen nihil clare probat: contra uero, quod pro illo probaret, hoc nusq̃ dicunt. An non scribunt (inquit) accępisse panem et benedixisse? Quid tum postea? Accępisse panem et benedixisse, etiam nos fatemur. Panem uero dedisse discipulis, postq̃ inde suum corpus consecerat: hoc et nos instanter negamus, et euangelistæ nō dicunt. Quæ res, quo fiat apertior, et tergiuersandi minus pateat locus, euangelistas ipsos audiamus. Matthæus ergo sic narrat. Cœnantibus autem eis: accępit Iesus panem, et benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, et ait. Accipite et comedite, Hoc est corpus meum. Et accipiēs calicem gratias egit, et dedit illis dicēs: bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Marci uero uerba sunt ista. Et manducātibus illis: accępit Iesus panem, et benedicens fregit et dedit eis, et ait. Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agēs dedit eis, et biberunt ex illo omnes: et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Lucas deniq; narrat hoc pacto. Et accepto pane gratias

Matthæi xxvi.

Marci, xiiij

Lucæ, xxij.

ne gratias egit ac fregit, et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicē postq̄ cœnauit dicens. Hic est calix: nouum testamentū in sanguine meo, qui pro uobis fundetur.

EX OMNIBVS his euangelistarum uerbis, nullum uideo locum, in quo post consecrationem: sacramentum uocetur panis aut uinum, sed tantum corpus et sanguis. Dicunt in manus Christū sumpsisse panem, id quod, etiam nunc fatemur omnes, at quū reciperent apostoli: non panis nominatur, sed corp⁹. At Lutherus euangelistæ uerba, in suam partem conatur interpretatione torquere. Accipite. Manducate. Hoc, id est, hic panis, (inquit is) quē accęperat et fregerat est corpus meum. Sed hæc est interpretatio Lutheri, non uerba Christi, neq; uerborum sensus. Si panem quē accępit, quēadmodum accępit, sic tradidisset discipulis: nec ante conuertisset in carnem, ac porrigendo dixisset: Accipite et manducate, recte diceretur porrexisse, quod in manus accęperat, nihil enim fuisset, aliud quod porrigeretur. At quum, priusq̄ daret apostolis manducandum, panem conuertit in carnē: non iam accipiūt panem, quem ille suscęperat, sed corpus eius, in quod panem conuerterat. Quemadmodum, si quis, quum semen accæpisset, alij daret inde natum florem: non id dedisset, quod accęperat, q̄q̄ naturæ communis ordo, alterum fecisset ex altero, ita, multo min⁹ porrexit apostolis: id quod

Argutula Lutheri interpretatio

Comparatio elegans.

in manus

in manus accæperat Christus: quum panem susceptum, in suam ipse carnem tanto uertisset miraculo, nisi quis contendat, quoniam Aaron uirgam sumpsit in manum, et uirgam proiecit e manu: ideo cum colubro quoq;, uirgæ restitisse substantiam, aut colubri denuo, cum recepta uirgula. Quod si cum colubro, uirga restare non potuit, quanto minus restare potest panis, cum carne Christi, tam incomparabili substantia? Nam quod argutatur, imo nugatur Lutherus, pro suæ simplicitate fidei facere, quū de uino dicat Christus: non, hoc est sanguis meus, sed, hic est sanguis meus: miror quid homini uenerit in mētem, quū istud scriberet. Quis enim non uidet, q̄ nihil omnino facit pro eo, imo contra, uideretur magis pro eo fecisse, si dixisset Christus: hoc est sanguis meus. Habuisset enim ansam saltem Lutherus, qua, demōstrandi articulum referret ad uinum. Nunc uero, quū uinum sit neutri generis: Christus ait, non hoc, sed hic est sanguis meus: et quum panis sit generis masculi: ait tamen. Hoc est corpus meum, non hic, ut uterq; ostendat articulus, Christum, neq; panem propinare, neq; uinū, sed suū ipsius corpus et sanguinē.

Cōparatio efficax.

Lutheri nugax argutia eluditur.

Lutheri argumentum de articulo retortum.

NAM q uideri uult Lutherus, pronomē hoc, ad corpus referri: non Christi proposito, sed occasione linguarū: nempe latinę et græcę, ac proinde nos remittit ad hebraicā: an non ridiculum est? Nam hebræa lingua, si neutrū genus nō habet, non potest tam aperte declarare, ad utrū: Christus rettulit articulū, q̄ latina uel græca

uel græca. Nam in hebræa lingua, si articulus fuisset masculus, tanq̄ diceret, hic est corpus meū: tamen res relinqueret ambigua, quia potuisset ea locutio uideri coacta, necessitate linguæ non habentis neutrū. Sed quū apud latinos, panis et corpꝰ sint diuersi generis, is, qui transtulit e gręca, articulū cōiunxisset cū pane, nisi apud euangelistā repperisset demonstrationē factam de corpore. Præterea quū Lutherus fateatur idē generis discrimē esse et græcis, facile potuisset cognoscere euangelistas, qui scripserūt græce: articulū fuisse posituros, qui referretur ad panē, nisi ꝙ conscij mētis dominicæ: uoluerunt admonere Christianos: articulo corporis: Christū nō panē cōmunicasse discipulis, sed corpus. Quãobrem, ꝙ Lutherus interpretatur in suā partē, uerba Christi, accipite et mãducate, hoc est corpus meū, id est hic panis, quē accęperat, nō ego, sed ipse Christus: cōtra, docet sua uerba intelligi, nempe, hoc quod eis porrigebat, non esse, quod ipsis uidebatur panem, sed suum ipsius corpus, (si recte Christi uerba recēsent euangelistæ) Nam alioqui poterat dicere, nō hoc, (quod exponeretur, id est hic) sed aperte potius, hic panis est corpus meum, quo sermone docerentur discipuli, id quod nūc Lutherus docet ecclesiam, nempe, in eucharistia pariter et Christi esse corpus et panem. Nunc uero, sic loquutus est ut ostenderet manifeste, corpus dumtaxat esse, non panem.

IAM Q TAM magnifice transfert ad se Lutherus,

ꝙ Christus

ꝙ Christus etiam loquitur de calice: quem nemo dicat esse transubstantiatum, miror hominem non pudere tam intemperantis ineptię. Quū dicit Christus, hic calix noui testamenti in meo sanguine, quid facit pro Luthero? Quid enim significat aliud, q̃ id, quod discipulis propinabat in calice, suum esse sanguinem? An ex his Christi uerbis ostēdet nobis Lutherus, manere uini substantiam, quia Christus loquitur de sanguine? aut uinū in sanguinem non posse mutari, quia adhuc restat calix? Vtinam prælVdium delegisset sibi Lutherus ex alia materia, in qua minore periculo potuisset ludere. Nam quum boemos et græcos sic excuset ab hæresi, ut hæreticos clamet, omnes esse romanos, multo magis ostendit se Lutherus hæreticū, qui non solum fidem abnegat, quam tota credit ecclesia, sed etiam, deteriora credi suadet: q̃ aut crediderunt gręci, aut unq̃ credidere boemi.

Argumentū Lutheri ineptissimum.

HACTENVS ista disserui, dumtaxat, ut ostenderem ex ipsius Christi uerbis, et euangelistarum: ostēdi non posse, quod iste se iactat ostendere, imo contra, liquere perspicue, in eucharistia panem non esse.

QVOD IN actis apostolorum ait eucharistiam appellari panem, uellem protulisset locum, ego nullum reperio, qui non sit ambiguus, et potius uideatur de communi conuiuio dicere, q̃ sacramēto. Apostolus tamen (fateor) panem non semel appellat, uel scripturæ sequutus in sermone, morem, quæ solet interdum uocare quippiam, non id quod est, sed quod

I. Corin. xi.

ante

ante fuerat, ut quum ait: uirga Aaron deuorat uirgas magorum: quae tamen tunc uirgae non erant, sed serpentes, uel contentus fortasse uocare: quod specie prę se ferebat, quum satis haberet, rudem adhunc in fide populum: lacte pascere, nec primum, aliud exigere: q̄ ut quocunque modo crederent, in sacramento, esse corpus Christi, postea paulatim, solidiore cibo pasturus: postq̄ adoleuissent in domino. Idem potuit, & in apostolorum actis contingere, ubi nec beatus Petrus alloquens populum: et illis Christi fidem insinuans, ausus est adhuc aperte quicquam, de eius diuinitate dicere, ita abdita, et populis dubia mysteria non temere proferebant. At Christus apostolos suos, quos tam diu sua doctrina formauerat, ipso sacramenti instituendi principio, docere non dubitauit, panis uinique non amplius restare substantiam, sed manente utriusq; specie, utrunq; tamen, et panem, et uinum, in corpus et sanguinem suum esse cōuersum. Quod tam aperte docuit, ut plane mirandum sit, exortū quenq̄ postea, qui rem tam claram, rursus uocaret in dubium. Quomodo enim potuisset apertius dicere, nihil illic remanere panis, q̄ quum dixit. Hoc est corpus meū. Non enim dixit. In hoc est corpus meū, aut cum hoc, quod uidetis, est corpus meum, tanq̄ in pane, aut simul cum pane, consisteret, sed hoc est (inquit) corpus meum, nimirum declarans manifeste (ut os cuiusq; gannientis obstrueret) hoc totū, quod porrigebat, ipsius corpus esse. Quod ita porrectum apo-

Contra Lutherum ex ipsis Christi uerbis

stolis, etiam si (quod non fecit) nomine panis appellasset, tamen quum simul admoneret audientes, idipsum, quod uocaret panem, nihil aliud esse, q̄ suum corpus, in quod totus fuerat ipso mutante, cōuersus, nemo potuisset dubitare, quid Christus uellet panis appellatione significari, eoq; circumstantia ipsa (nam circumstantiam Lutherus admittit) declarat euidenter, uocabulum panis, quum panis mutatur in carnē, absq; ulla uiolentia facta uerbo diuino, panis significare speciem, non substantiam, nisi Lutherus adeo inhæreat proprietati uerborum, ut Christum credat, in cælis quoq;, fuisse panem triticeum, aut ordiaceum: propterea, q ipse dicit de se, ego sum panis, qui de cęlo descendi: aut ueris uuis onustam uitem, quia dixit ipse, ego sum uitis uera: et pater meus agricola est: aut electos deniq; remunerandos in cælo, uoluptate corporea: propterea, q Christus ait. Ego dispono uobis, sicut mihi disposuit pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam, in regno meo.

Contra Lutherum ex circūstantia

Lutheri faceta illusio

LVTHERVS MVLTVS EST IN destruendis neotericorum argumentis, quibus defēdere nituntur, et probare transubstantiationem, rationibus petitis ex Aristotelica schola. Qua in re uidetur plus laboris insumere, q̄ res exigat. Neq; enim ideo credit ecclesia, quia sic illi disputant, sed quia sic ecclesia iam inde ab initio credidit, et ne quis uacillet, ita credendum esse decreuit: ideo illi rationibus etiā

Neotericorum contra Lutherum dissensio.

philosophicis

philosophicis exercent ingenium, quibus, ut cunque docere possint, q ex tali fide nihil sequatur absurdū, aut conuersio panis in substantiam nouam: necessario tollat, ac non relinquat priorem.

NAM Q LVTHERVS AIT HANC fidem transubstantiationis, iam intra trecentos annos proximos esse natam, quum prius a Christo plus annis mille ducentis ecclesia recte creddiderit, nec interim de transubstantiatione tam portentoso (ut ait ille) uocabulo, mentio unq̄ ulla sit facta, si de uocabulo tantum litiget, nemo erit, opinor, illi molestus, ut credat transubstantiationem, modo credat panem sic esse conuersum in carnem, et uinum in sanguinem, ut nihil, neq; panis remaneat, neq; uini, præter speciem, quod ipsum uno uerbo uolunt, quicunque ponunt transubstantiationem. At istud, postq̄ ecclesia uerum esse decreuit, etiam, si nunc primum decerneret: tamen, si ueteres non credidere contrarium, q̄q̄ de ea re nunq̄ ante quisquam cogitasset, cur non obtemperaret Lutherus, ecclesiæ totius præsenti decreto: persuasus, id nunc tandem reuelatum ecclesiæ, quod ante latuisset? Spiritus enim, sicut, ubi uult spirat, ita spirat, et quando uult. Ioannis. iii

NVNC uero, non est istud tam nouum, q̄ fingit Lutherus, qui quum hanc transubstantiationis fidē natā esse dicat, ab annis hinc trecentis, ne grauet̄ queso

concedere

concedere saltem quadringentos, Totidem enim opinor effluxisse, post æditum ab Hugone de sancto Victore, librum de sacramentis: in quo transubstantiationis, & si non uerbum, rem certe & sententiam reperias. Ait enim hoc pacto, Iam quum unum sit sacramẽtum, tria ibi discreta proponuntur: species uidelicet uisibilis, & ueritas corporis, & uirtus gratiæ spiritualis. Vides, ut speciem ponat panis, nõ ueritatem, ueritatem corporis, non speciem. Et paulo post apertius. Quod enim uidemus, species est panis & uini: quod autem sub specie illa credimus, uerum corpus Christi est: & uerus sanguis Iesu Christi: quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere. Item alio loco, multo adhuc manifestius, quum ait. Verbo sanctificationis, uera panis & uera uini substantia, in uerum corpus & sanguinem Christi conuertitur: sola specie panis & uini remanente: & substantia, in substantiam transeunte. Clarum est igitur, hanc transubstantiationis fidẽ, antiquiorem esse aliquanto, q̃ fingit Lutherus. At ut eum astringamus fortius, ostendemus, quod ille natum uideri uult intra annos trecentos, fidem fuisse sanctissimorum patrum, ab annis hinc plus mille. Constat enim ante annos plus mille, sic credidisse fideles, ut faterentur totam panis uiniq; substantiam, in Christi corpus & sanguinem ueraciter esse conuersam. Quo magis miror non pudere Lutherum, quum dicat hanc fidem transubstantiationis, intra annos natam esse trecentos. Eusebium Emissenum, quis nescit ante

Eusebius Emissenus

ſcit ante annos plus ſexcentos eſſe defunctum? qui quaſi ueritus olim fore, qui talia molirentur: tot annis iam præteritis clamauit. Recedat (inquit) omne infidelitatis ambiguum, quoniam quidem, qui author eſt numeris: ipſe eſt etiam teſtis ueritatis. Iam inuiſibilis ſacerdos, uiſibiles creaturas, in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui, ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens. Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum, & repetita benedictione, accipite & bibite, Hic eſt ſanguis meus. Nonne hic uir ſanctiſſimus aperte dicit, panis ac uini ſubſtantias, in ſubſtantias corporis & ſanguinis eſſe conuerſas? Quid beatus Auguſtinus quum ait, Nos autem in ſpecie panis & uini, quam uidemus, res inuiſibiles id eſt carnem et ſanguinem honoramus. Quid poteſt apertius dici? Non enim dicit in pane et uino, ſed in ſpecie panis et uini. Lutherus negat panem appellandum eſſe, quod tantum ſit ſpecies panis, et putat Auguſtinum fuiſſe uocaturum ſpeciem panis, id, quod eſſet panis uera ſubſtantia? Gregorius item Niſſenus, panis inquit, eſt ante conſecrationem, ſed ubi conſecratur myſterio, fit et dicitur corpus CHRISTI. Quod ait eſſe ante conſecrationem, hoc deſignat, poſt conſecrationem non eſſe. Quin Theophilus quoque, declarãs hæc uerba, hoc eſt corpus meum, hoc inquit, quod nunc do, et quod nunc ſumitis. Non autem panis, figura tantum eſt corporis CHRISTI, ſed in proprium CHRISTI corpus tranſmutatur, et pau

Auguſtinus

Gregorius Niſſenus

Theophilus

lo poſt

lo post ait, si carnem et sanguinem cerneremus, sumere non sustineremus, propter hoc dominus, nostræ infirmitati condescendens: species panis & uini conseruat, sed panem & uinum, in ueritatē conuertit carnis & sanguinis. Hic uir piissimus, idemq; doctissimus, bis premit Lutherum. Nam primum illum articulum, hoc, docet non quomodo Lutherus docet exponendum. Hoc, id est hic panis, sed hoc, id est, id, quod nunc ego do, et quod uos sumitis, deinde dicit aperte, panis et uini non nisi species esse cōseruatas, substantias ipsas in corpus & sanguinem esse conuersas. At quid aliud uolunt, qui ponūt transubstantiationem, q̄ quod hic ait Theophilus, non intra trecentos hos annos proximos, quippe qui defunctus est aliquot annorum centenarijs, priusquam transubstātiationis uocabulum nasceretur? Quid beatum Cyrillum commemorem, qui non tantum dicit idem, sed ferme etiam eodem modo? Ait enim. Ne horreremus carnem et sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens deus fragilitatibus nostris, infundit oblatis uim uitæ, conuertens ea in ueritatem propriæ carnis. Præterea ne quis dicat antiquos patres credidisse sic in eucharistia corpus esse CHRISTI, ut tamen remaneat panis, non ista tantum obstant quę diximus (quæ tamen obstāt apertissime) sed illud præterea, quod supra diximus ex Ambrosio, quum ait, licet figura panis et uini uideatur, nihil tamen aliud q̄ caro CHRISTI & sanguis post consecrationē

Cyrillus.

ambrosius

credendum

credendum est. Videtis ut beatissimus pater dicat, non tantum corpus esse et sanguinem, sed etiam nihil esse praeterea, licet panis & uinum esse uideatur. Et istud qui dicit, non intra trecentos annos proximos hoc dixit, intra quos, hanc transmutationis fidem exortam esse fingit Lutherus, sed dixit, ante annos plus mille. Nec ego certe, ueterum fere sanctorum patrum, quenquam puto fuisse probaturum, concinnam istam Lutheri similitudinem ferri cum igne coniuncti. Nam nemo unquam dixit, ferrum sic in ignem conuerti, ut tantum ferri species relinquatur. substantia ferri, in ignis mutata substantiam, quod, de pane & CHRISTI carne, ueteres sen serunt omnes. Aut si quis unus forte sensit, aliter tamen, neque una hirundo facit uer, et ille quisquis fuerit, potius excusandus est, ꝙ in re tum non satis excussa, parum peruiderit, quam contra caeterorum omniū, contra totius ecclesiae, contra tot aetatum fidē, sequendus, in quam ipse quoque quisquis fuerit, modo bonus fuerit, si nunc uiueret, dubio procul fuerat concessurus. NAM quisquis beatissimum CHRISTI corpus sic, ut debet existimat, facilius assentietur, quascunque duas substantias, simul manere coniunctas, quam ullum corpus aliud, manere commixtum cum uenerando corpore CHRISTI. Neque enim ulla substantia digna est, quae cum ea misceatur substantia, quae substantias omnes

Comparatio Lutheri eluditur

omnes condidit. Præterea olim patribus, opinor, multo adhuc minus fuisse placituram illam Lutheri collationem, qua sic uult panem simul restare cũ carne, sicut restabat in una Christi persona, deus cum homine. Nam, ut passim ueterũ quisq; patrum doctissimus, atque sanctissimus fatetur panem mutari in carnem, ita nemo tam impius erat, aut inscius, ut humanitatem conuerti senserit in diuinitatem, nisi forte nouam nobis personam, fingat Lutherus, ut quo modo deus assumpsit hominem, ita deus et homo assumant panem et uinum, quod si credat, habebitur opinor hæreticus, apud omnes, qui nõ sunt hæretici. Quamobrem, ut aliquando finem de transubstantiatione faciam, ex ipsis Christi uerbis et sanctorum uirorum sententijs, euidenter liquet, hanc, quam nunc tenet ecclesia, ueram esse fidem, qua creditur, panis aut uini substantiam, in eucharistia non manere, ex qua et illud sequitur. Hoc Lutheri dogma, quod contra docet, falsum esse prorsus et hæreticum. Quo ex dogmate, miror quid fructus, populo spondeat. An (quod ait ipse) ne quis propterea semet credat hæreticum, q fors ita cum Luthero sentiat? At Lutherus ipse, fatetur nihil esse periculi, si quis hac in re sentiat, quod tota iam sentit ecclesia. At contra, tota ecclesia censet hæreticum esse eum, qui sentiat cum Luthero. Nõ debet ergo Lutherus animare queq̃, cui bene cupit, ut secũ sẽtiat, cuius sententiã tota condẽnat ecclesia, sed debet his suadere, quos amat,

Lutheri uerba.

ut accedant

ut accedant illis, quos ipse quoque indicat in nullo uersari periculo. Falsa est ergo ista Lutheri uia: contra publicam fidem, non huius modo temporis, sed etiã ætatum omnium, nec liberat captiuitate credentes ei, sed educens e libertate fidei, hoc est e loco tuto, (quod Lutherus ipse fatetur) captiuat in errorem ducens in præcipitiũ, et uias inuias, incertas, dubias, eoque, plenas periculi, et qui amat periculum, perit in illo.

Exitus credentium Luthero.

POSTQVAM DVAS ILLAS, quas ipse sibi fingit captiuitates, homo in malum liber, euasit, ne mentem in dei captiuet obsequium, expugnat (ut simulat) captiuitatem tertiam, et libertatem proponit, qua, totam captiuet ecclesiam. Vtpote cuius lucidissimã nubem dispergere, colũnam ignis extinguere: archam uiolare fœderis, summum atque unicum sacrificium, dei propiciatorium, quod assidue pro populi peccatis offertur, homo plusquam sacrilegus, conatur auferre. Nã missam, omni fructu, qui ex ea promanat in populum, pro sua uirili despoliat. quũ missam negat bonũ opus esse, aut populo quicquam prodesse. Qua in re nescio, magis ne impietatem hominis admirer, an stultissimam spem, uel potius insanam superbiam, qui quum tam multas ipse commemoret sibi obiectas obices, nihil affert secum, quo reuellat ullam, sed perinde agit, acsi rupes foret arundine pfossurus. VIDET ENIM et fatetur obstare sibi sanctorũ patrum sententias, missæ canonem, totam denique

Tertia Lutheri captiuitas excutitur.

Quæ sibi Lutherus obiicit ipse non diluit.

tam deniq; totius ecclesię consuetudinem, tot sęculorum usu, tot populorum consensu corroboratam. Quid ergo præsidij aduersus tot acies, tā ualidas, tā inuictas opponit? Vsitata uia grassatur, laborat seminare discordiam, et serere seditiones, plæbem in patres excitare, et quo uulgus ad defectionem prouocet stultissima solertia, et facillime coarguenda, mētitur, totius exercitus ducem Christum, in suis sese, castris habere, et euangelij tubam pro se simulat canere. Quo stratagemate, nullum unq̄ fuit excogitatū stultius. Nam quis usq̄ uiuit, aut tam impius, aut tam omnino stupidus, qui ecclesiam corpus Christi mysticum, sic laceratam censeat, ut ubi membrorum omnium compago sit, illinc caput putet esse diuulsū, ut is qui carnem, quam sumpsit nunq̄ deseruit, ecclesiam, propter quam sumpsit carnem, deseruerit, et cū qua se promisit ad finem usq; sęculi permansurum, ab ea prorsus tot iam sæculis abfuerit, atq; ad Lutherum tandem coniuratissimum eius hostem transfugerit. Verum uideamus obsecro, quid afferat prestigij, quo faciat uerum uideri, quod dicit Christum pro se stare. Post longas ambages diffinit missam, deinde, separat a missa, missæ cerimonias, excutit cœnam dominicam, et uerba Christi trutinat, quibus usus est, quum institueret missæ sacramentum. Ibi quum testamenti uerbum, rem uidelicet, tam abstrusam reperisset, iam tanq̄ profligatis hostibus, cœpit ingeminare uictoriam, uerbis adornat inuentum, (ut iactat)

Argumentū ualidum ex Christi promissione.

ctat) suum, et tanq̃ mysterium hactenus inauditum: magno supercilio docet, quid sit testamentum. Notandum esse clamat, ac memoria tenendum, testamẽtum esse morituri promissionem, qua nuncupat hæreditatem, et instituit hæredes. Hoc igitur sacramentum, inquit, missæ, nihil est aliud, quam testamentũ Christi, testamentum uero, nihil aliud est, q̃ promissio hæreditatis æternæ, nobis Christianis, quos suos hæredes instituit, corpus et sanguinem suum, uelut signum ratæ promissionis adijciens. Hoc igitur decies repetit, inculcat, infigit, utpote, quod haberi uult immobile fundamentum, super quod ædificet ligna, fœnum, stipulam. Nam hoc fundamento iacto, (ꝙ missa Christi sit testamentum) omnem sese iactat impietatem euersurum, quam impij (ut ait) homines inuexerunt in hoc sacramentum, et se dilucide probaturum, ad communionem recipiendam, sola fide ueniendum esse, de operibus cuiusmodi sint, non admodum esse curandum, conscientia, quanto magis erronea sit, ac peccatorum uel morsu, uel titillatione moueatur, tãto sanctius accedi, quanto serenior, purior, et errore purgatior, tanto sumi deterius.

Verba Lutheri testamentũ diffinientis, &c.

Sacrosancta Lutheri dogmata.

Ad hæc, missam, bonum opus non esse. Missam nõ esse sacrificium. Missam sacerdoti tantum, non autem populo prodesse. Nihil prodesse defunctis, nihil cuiquam uiuentium. Impium esse errorem, si missa canatur pro peccatis, si pro cuiusquam necessitate, si pro mortuis. Inanem esse rem et impiam:

fraternitates

Et tu Luthere ex illis.

Verba Lutheri.

Verba Lutheri.

fraternitates, et annuas defunctorũ memorias, abolendam esse talem omnem sacerdotum, monachorũ, canonicorum, fratrum, religiosorũ deniq;, (quos uocamus) omnium alimoniam. Hæc igitur tot, et tam immẽsa bona, se repperisse gloriatur, in eo solo, q̃ hoc sacrosanctum sacramentum, comperit esse Christi testamentum. Iamq; in sententiarios protinus (quos uocat) doctores inuehitur. Exclamat in omnes, qui declamãt apud populum, q̃ quum illi tam multa scribant, hi tam multa loquantur, et prędicent de eucharistiæ sacramento, neutri tamen attingant quicquam de testamento, sed impie celent populum, bonum illud incomparabile, (quod tamen iam olim scisse profuisset) ex missa, nihil unq̃ boni laicos, neq; uiuos, neq; defunctos, esse consequuturos. Ob cuius rei ignorantiam, denũciat uniuersos hodie sacerdotes, et monachos cum episcopis, et omnibus suis maioribus, idololatras esse, atq; in statu periculosissimo uersari. Igitur istud Lutheri mysterium, (e quo tantas efflat glorias) quod definitionem testamenti, tam accurate ad sacramentum applicat, q̃ uerum sit non excutio, sed interim certe uideo, cur hoc inuentum tanquam nouum: tam magnifice iactet, pro suo. Nescio quos illic concionantes audiat, hic certe, non semel audiuimus, eam similitudinem ad tædium usque tractantes fraterculos, ut qui non ea dumtaxat afferrent, quę nunc pro nouis et exquisitis affert Lutherus, Christum esse testatorem, testamentũ in cœna condidisse,

hæreditatem

hæreditatem promisisse, eandem, nuncupasse regnū cælorum. Hęredes instituisse fidelium cœtum, sacramētum hoc, sacrum esse signum, quod sit adhibitum pro sigillo, non hæc inquam tantum, sed et testium numerum, et syngrapham, et alios testamentorum ritus, ex intimis utriusque iuris erutos penetralibus explicarēt, atq; adamussim, omnia applicarent ad sacramentū. Hoc aliquāto concinnius, ac uerius quoq;, q̄ Lutherus, quod ad idem testamentum referebant, non tantum, quę Christus fecit in cœna, sed etiā, quę passus est in cruce. Hoc uno tantum impares Luthero, q mirabiles, et hactenus inauditos missæ fructus non inuenerunt, quibus et clerus, præsentis uitæ fructum omnem, et populus futuræ, pderet. Neq; enim sacerdotibus, quicq̄ laici, temporalis boni conferrent ob missam, e qua psuaderentur nihil se spiritualis boni referre. Sed operęprecīu est uidere, qua ex arbore, tam salubres fructus colligat Lutherus. Postq̄ ergo sæpius inculcauit, eucharistiæ sacramentum, signum esse testamenti: testamentum uero, nihil esse aliud, q̄ promissionem hæreditatis, inde continuo censet consequi, ut missa neq; bonum opus esse possit, neq; sacrificium, quod quisquis ei concesserit: iam illi statim, admittendus erit totus ille pestium catalogus, quo, totam ecclesiæ faciem confundit. At quisquis negauerit illi, iam tam magno molimine nihil egerit. Nam argumenta, quibus ea docere præ se fert, pudet propemodū recensere. Ita sunt in re tantæ maiestatis nugatia

Contine risum lector.

Q; missa nō sit opus argumentum Lutheri primum.

gatia prorsus ac friuola. Sic enim colligit (nam ipsius uerba recitabo) Audisti, missam nihil aliud esse, q̃ p̄missionem diuinam, seu testamentum Christi, sacramento corporis et sanguinis sui commendatū. Quod si uerū est, intelligis eam non posse opus esse ullo modo, nec alio studio a quoq̃ tractari, q̃ sola fide, fides autem non est opus, sed magistra et uita operum, Mirum est, quanto nixu parturiens, q̃ nihil peperit, nisi merum uentum, quem, quum ipse tam ualidum uelit uideri, ut montes posset euertere, mihi profecto uidetur tam languidus, ut agitare non possit arundinem. Nam si uerborum tollas inuolucra: quibus rem absurdam (uelut simiam purpura) uestit, si tollas exclamationes illas, quibus iam uelut re dilucide probata, toties in totam bacchatur ecclesiam, et non dum collata manu, tanquam ferox uictor insultat, nihil aliud restare uidebis, q̃ nudum et miserum sophisma. Quid enim aliud dicit tanto uerborū ambitu, q̃ missa est promissio, ergo non potest esse op⁹, Quem nō misereat hominis, si tam stupidus sit, ut ineptiam suam non sentiat, aut quis non indignetur, si sibi conscius, tam stupidos tamē omnes estimet christianos, ut tam manifestas insanias nequeant deprehendere. Non contendam cum eo de testamento et promissione, et tota illa diffinitione, et applicatione testamenti ad sacramentum. Non ero tam molestus ei, q̃ alios fortassis inueniet, si qui bonam ei partem istius fundamenti subruerint, qui et testamentū nouum

num dicant promissionem esse legis euangelicæ, quẽadmodum uetus fuit mosaicæ, et testamentum istud negent a Luthero satis scite tractari (neque enim testatori nuncupandum esse nominatim, quid relinquat hæredi, quem ex asse instituat) neque remissionem peccatorum, quam pro hæreditate nuncupatam Lutherus ait, idem esse quod regnũ cælorum, sed uiam potius ad cælum. Quas res atque alias item aliquot, quisquis urgere uolet, ac premere, posset fortassis fundamenti Lutheriani structuram, machinis alicunde cõcutere. Verum istud eis permittam, qui uolent. Ego istud ei fundamentum, quod immobile postulat esse, non mouebo, tantum ostendam, ædificium quod superstruxit, facile per se corruere. Quod, quo liquidius appareat, consyderemus paulisper originem rei, missamque ad primum eius exemplar examinemus.

Lutherus adulteratur Christi testamentum.

CHRISTVS igitur, in illa cœna sanctissima, qua sacramentum illud instituit, corpus suum et sanguinem ex pane et uino confecit, ac tradidit manducandum, bibendumque discipulis, tunc intra paucas horas, idem corpus, eundem sanguinem in ara crucis obtulit in sacrificium patri, pro peccatis populi, quo sacrificio peracto, testamentum consummatum est. In cœna iam morti proximus, quemadmodum solent morientes, testamento quodam testatus est mentem suam, quid, se defuncto, fieret in memoriam sui. Instituens igitur sacramentum,

Cœna dominica pulchre expenditur.

quum suum

quũ ſuũ corpus ac ſanguinẽ exhibuiſſet diſcipulis, ait illis, hoc facite in meam commemorationem. Hoc, ſi quis expendat diligenter, uidebit Chriſtum ſacerdotem æternum, loco ſacrificiorum omnium, quæ, temporarium moſaicæ legis ſacerdotiũ offerebat, (quorũ etiam plæraq;, ſacroſancti huius ſacrificij typũ gerebant) unum ſacrificium, omnium ſummum, omniũ plenitudinem, et quandam ueluti ſummam inſtituiſſe, quod et offerretur deo, et in cibum daretur populo. Qua in re, ut Chriſtus ſacerdos erat, ita diſcipuli eotenus repræſentabant populum, qui non conſecrabant ipſi, ſed conſecratum de manu ſacerdotis ſui ſumebant, ſed eos, ſtatim deus in ſacerdotes elegit, atq; inſtituit, ut ipſi idem ſacramentum facerent, in commemorationem eius. Quod, quid aliud eſt, q̃, ut cõſecrarent, nec ſibi tantum ſumerent, ſed et exhiberẽt populo, et offerrent deo. Nam ſi ibi nobis inſtet Lutherus, ſacerdotem offerre non poſſe, quia Chriſtus in cœna non obtulit, recordetur eorum, quæ dixit ipſe, teſtamentum inuoluere mortem teſtatoris, nec ante, uires et robur ſumere, et tota perfectione cõpleri, q̃ eo moriente, qui teſtatus eſt. Quamobrem non ea ſolum pertinent ad teſtamentum, quæ prius fecit in cœna, ſed etiam oblatio eius in cruce: nam in cruce conſummauit ſacrificium, quod inchoauit in cœna, eoq;, totius rei commemoratio, nempe conſecrationis in cœna, et oblationis in cruce, uno celebratur ac repræſentatur ſacramento miſſæ, atq; adeo uerius

mors

mors repræſentatur q̃ cœna. Apoſtolus enim quum Corinthijs ſcriberet. Quotieſcunq; panem hunc comederitis, et calicem biberitis adiecit, non cœnā domini, ſed mortem domini annunciabitis.

VENIAMVS ergo nunc ad præclaras iſtas Lutheri rationes, quibus probat, miſſam neq; bonum opus eſſe, neq; ſacrificium, et q̃q̃ præſtaret prius tractare de ſacrificio, tamen, quoniam ille primam quæſtionem fecit de opere, ſequemur illum. Quum igitur ita colligit: miſſa eſt promiſſio, ergo non eſt bonum opus, quia nulla promiſſio eſt opus. Dicemus miſſam, quam ſacerdos celebrat, non uerius eſſe promiſſionem, q̃ fuit conſecratio Chriſti, et ſimul quæremus ab eo: an non aliquod opus tum fecerit Chriſtus, quod ſi neget, mirabimur profecto, ſi quum is opus faciat: qui imaginē facit ex ligno, Chriſtus nullum prorſus opus fecerit, quum carnem ſuam fecerit ex pane: ꝙ ſi ullum opus fecerit, quin id bonum fuerit, nemo opinor dubitabit: nam ſi bonum opus fecit mulier: quæ caput eius perfudit unguento, quis poteſt ambigere an bonum opus fecerit Chriſtus, quū corpus proprium, et in cibum exhiberet hominibus, et in ſacrificium offerret deo? Q; ſi negari non poteſt, niſi ab eo: qui in re maxime ſeria ualde uelit nugari, bonum opus feciſſe Chriſtum, nec iſtud etiam negari poteſt, in miſſa bonum opus facere ſacerdotē, quippe qui non aliud facit in miſſa, q̃ Chriſtus in cœna fecit, et cruce. Hoc enim declarāt uerba CHRISTI,

Reſpondetur argumētis Lutheri.

Confutatio efficax argumenti Lutheri.

Confirmatio confutationis.

Alia confirmatio eiusdem.

Hoc facite in meam commemorationem: quibus uerbis, quid aliud uolebat, ut in missa repræsentarent, ac facerent, q̄ quod ipse faciebat in cœna, et cruce? Instituebat enim, et inchoabat in cœna sacramentum, quod in cruce perfecit. Nam hac ratione potissimum nata esse uidetur occasio, ut aqua, ex ecclesiæ ritu, uino misceretur in calice: quia aqua cum sanguine de latere morientis effluxit in cruce. Quum ergo negari non possit, quin bonum opus, et in cœna, et in cruce fecerit Christus, neque etiam, quod sacerdos eadem repræsentat, ac facit in missa, quomodo tum fingi potest, missam bonum opus non esse? Quamobrem etiam, quum Lutherus ita rem tractet, ut quia laici communio, alteri non prodest laico, ideo nec sacerdotis missa prosit populo, uehemēter ipse cęcutit, dum tenebras alijs conatur offundere, quum non uideat hoc interesse, quod laicus nunc recipit tantum e manu sacerdotis, sicut primo recęperūt apostoli e manu Christi, sacerdos uero facit, quod tū fecit Christus. Nā idē corpus offert deo, quod obtulit Christus. Qua ex re, et illud patet, q̄ frigidum argumentum sit, quo missam comparat cum sacramento baptismi, aut coniugij, cōtendens efficere, ut quoniam laicus baptizari non potest pro alio: aut pro alio, uxorem ducere, ideo, nec sacerdos missam pro alio possit celebrare. Nam coniugium plane sustulit e sacramentis: et tecte etiam baptismum, quum dicit, non esse uere, nisi unū sacramentum. Cur ergo nunc baptismum comparat, et coniugium

Aliud Lutheri argumentum.

gium cum sacramento missæ: si illa non habet pro sacramentis? Quinetiam, si utrunque fateretur esse sacramentū, (quod re uera sunt) tamen neutrū erat sic comparandum huic sacramento missæ, quin hoc sacramētum, quod est proprium corpus ipsius, qui dominus est sacramentorum omnium, sacramenta reliqua possit, quæ fecit ipse, singulari aliqua prærogatiua præcellere: quum clare constet, quod quemadmodum, in omnibus alijs sacramentis, sacerdos prodest ministrando singulis, sic in hoc sacramento, dum offert in missa, prodest, et bonum communicat uniuersis. Alioqui, si tam seuere Lutherus exigat, ut omnia sacramenta sint inter se similia, et in eucharistiæ sacramento, nihilo potior sit sacerdotis conditio, quam laicorum: quare non cogit, ut sacerdos alterius manu, semper communicet, nec sinatur sibi sacramentum sumere, quamquam potest conficere: quemadmodum licet claues habeat pœnitentiæ, semet non potest absoluere? Nam quod affert de fide, quam a singulis censet oportere præstari, et suam cuique fidem prodesse, non sacerdotis, quemadmodum nec Abraam (ut ait) pro omnibus iudæis credidit, istud quidē uerū dicit, at nihil tamē magis id probat, quod proponit. Nā neque Christus ipse, a semet oblatus in cruce, sine sua cuiusque fide seruauit populū, ne quis id missam putet cuiusque sacerdotis efficere: quam tamen missa cuiuslibet sacerdotis, illis prodest ad salutē, quorū propria fides meruit, ut boni, quod tā immēsum missa cōmunicat multis, possint esse participes.

Confutatio eiusdem.

Aliud Lutheri argumentum.

Elegans eiusdem confutatio.

Fructus missæ.

Quinque

Q̃ꝙ̃ poteſt & ad hoc ualere nonnunq̃, ut incredulo quoq; fidem procuret infundi, quemadmodum Chriſti mors et paſſio procurauit, ut gratia daretur gentibus, qua, per auditũ uerbi, uenirent in fidem Chriſti.

SED Lutherus ſatis ſentit ipſe, facile deſtrui quicquid adſtruxerat, ſi miſſa poſſit eſſe ſacrificium, aut oblatio, quæ offeratur deo. Hanc igitur obicem ſe pollicetur amoturum, quod, quo fidelius facere uideatur et efficacius, obijcit ſibi ipſe prius quædam, quæ ſibi ſentit obſtare. Iam et alterum (inquit) ſcandalum amouendum eſt, quod multo grandius eſt, et ſpecioſiſſimum, id eſt, ꝙ miſſa creditur paſſim eſſe ſacrificium, quod offertur deo. In quam opinionẽ, et uerba canonis ſonare uidentur, ubi dicitur, Hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia, et infra. Hanc oblationem, item clariſſime poſtulatur, ut acceptum ſit ſacrificium, ſicut ſacrificium Abel &c. Inde Chriſtus hoſtia altaris dicitur. Accedunt his dicta ſanctorum patrum, tot exempla, tantuſq; uſus per orbem conſtanter obſeruatus.

Q̃ miſſa nõ ſit ſacrificium Lutheri uerba.

AVDISTI LECTOR quas obices ipſe ſibi ſentit obiectas. Audi nunc uiciſſim, q̃ Herculeis uiribus aggreditur amouere: His omnibus, inquit, oportet conſtãtiſſime opponere uerbũ et exemplum Chriſti. At quæ ſunt igitur illa uerba Chriſti, quæ tot olim ſanctis patribus, ac toti Chriſti eccleſiæ tot ignorata ſæculis: uelut nouus Eſdras nobis Lutherus inuenit

Irridetur Lutherus.

Luther⁹ nouus Eſdras.

rus inuenit? Hoc declarat ipse quum dicit. Nisi enim, missam obtinuerimus esse promissionē seu testamentum, ut uerba clare sonant, totum euangelium, et uniuersum solatiū amittimus. Verba nunc audiuimus, restat, ut uideamus exemplum. Exemplum ergo subiungit. Christus (inquit) in cœna nouissima, quū institueret hoc sacramentum, et condidit testamentum, non obtulit ipsum deo patri, aut ut opus bonum pro alijs perfecit, sed in mensa sedens, singulis idem testamētum proposuit, et signum exhibuit. Ista sunt ergo uerba Christi, istud est exemplum, e quibus nunc demū, Lutherus unus perspicue uidet, missam non esse sacrificium, nec oblationem. Mirum est igitur, ex tot sanctis patribus, ex tot oculis, quot, in ecclesia tam multis sæculis, idem legerunt euangelium, nullum fuisse unq̄ tam perspicacem, ut rem tam apertam deprehenderet, imo omnes etiamnum tam cæcos esse, ut ne adhuc quidem queant, id, (quod cernere se Lutherus iactat) q̄q̄ ipso monstrante perspicere. An non Lutherus hallucinatur potius, et aliquid se uidere putat, quod nō uidet, et digito conatur ostendere, quod nusq̄ est? Nam obsecro, qualis est ista probatio, quū docere nititur, missam non esse sacrificium, ex eo, ꝙ sit promissio, quasi promissio et sacrificiū ita sibi mutuo pugnarent, quemadmodum frigus et calor. Quæ Lutheri ratio adeo prorsus friget, ut nec responso digna uideatur. Nam legis Mosaicæ tam multa sacrificia, q̄q̄ essent figuræ omnia futurarum rerum, tamen promissiones

Lutheri uerba.

Argumentū Lutheri ab exemplo, ut ipse putat Christi.

Respōdetur argumento Lutheri de sacrificio.

Promissiones sacrificiorum ueteris testamenti.

promissiones erant et ipsa. Promittebant enim ea, propter quæ fiebant, non modo futura quondam illa, quorum erant figuræ, sed etiam liberationes, expiationes, purgationes, purificationes populi tunc præsentis, pro quo, more solemni quotannis offerebantur. Quæ res quum tam aperta sit, ut nemo prorsus eam possit ignorare, ridicula plane dissimulatio est ista Lutheri, quum nunc argumētetur fieri id non posse, quod non ipse tantum, sed populus quoq; nouit tam sæpe factum.

Respōdetur argumento Lutheri ab exemplo.

NVNC ueniamus ad exemplum Christi, quo nos arbitratur Lutherus uehementer opprimi, propterea q Christus in cœna sacramento non usus est pro sacrificio, nec obtulit patri: ex quo probare conatur, q missa quæ respondere debet exemplo Christi, quo, fuit instituta: non potest esse sacrificium, nec oblatio.

Præcipuum Lutheri fundamentum subuertitur

SI LVTHERVS TAM RIGIDE nos reuocet ad exemplum cœnę dominicæ, ut nihil sacerdotes permittat facere, quod ibi Christus fecisse non legitur, sacramentum quod consecrant: nunq̄ ipsi recipient. Suum enim corpus, Christus in euangelio non legitur, ubi cœna scribitur, ipse recępisse. Nam q doctores aliquot eum recæpisse tradunt, & q idem canit ecclesia, nihil potest pro Luthero facere, quum illi, neq; doctores omnes, neq; totius ecclesiæ fides, ullam faciat fidem, neq; credendum censeat quicquam, (nam ita scribit in sacramento ordinis) nisi firmatum

scripturis

scripturis, et iisdem etiam claris, cuiusmodi certe scripturis, non opinor, inueniet, q̃ suum corpus in cœna recęperit Christus, ex quo sequetur, ut dixi, nec sacerdotes debere, quod consecrant ipsi, recipere: si tam rigide nos obstringat Lutherus ad exemplum cœnę dominicę. Qz si ideo concedat recipiẽdum sacerdotibus, quia recæperunt apostoli, et eos contendat id iussos facere: quod tunc apostoli fecerunt, non quod Christus, hac ratione nunq̃ consecrabunt sacerdotes. Consecrabat enim Christus, non apostoli. Res ergo docet non id solũ sacerdotes in hoc sacramento facere, quod Christus fecit in cœna, sed etiam quod postea fecit in cruce, quædã etiam tradentibus apostolis, quæ Christus aut nusq̃ fecit, aut certe nõ legitur usq̃ fecisse, cuiusmodi sunt gestus, et signa, quibus utuntur, dũ consecrant, quorum ego nonnulla credo ab ipsis promanasse apostolis. Præterea, q̃ in canone missæ, quædam uerba, uelut a Christo prolata recẽsent, quę nusq̃ in scriptura sacra leguntur, et tamen non dubitatur, quin dixerit. Multa enim dicta sunt, et facta per Christum, quæ nullus euangelistarũ cõplectitur, sed quædam recente memoria eorum qui interfuerunt, uelut per manus deinceps tradita, ab ipso apostolorũ tempore, ad nos usq; peruenerunt. LVTHERVS nõ dubitat CHRISTVM in cœna dixisse. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis, atq; hæc usq; adeo, pro comperto habet, Christi uerba fuisse, ut inde sumat argumentum, neminem cogi ad recipiendum

Missa passionem repræsentat nedũ cœnam.

recipiendum sacramentum, sed rem cuiusq; relictam arbitrio tantum ad hoc astringi, ut quoties facimus, faciamus in memoriam Christi. Hæc ergo uerba, nō legit apud euangelistas, in cœna domini. Nam illic nihil aliud legitur, q̄, hoc facite in mei commemorationem. Vbi ergo legit illa uerba: Hæc quotiescunq; feceritis, an non in missa? Opinor certe non alibi. Nam apud apostolum, alia sunt. Igitur, qui tantum fidit, et utitur illis uerbis, quia repperit in canone, cur non pari fide suscipit eiusdem uerba canonis, quibus missa, oblatio dicitur et sacrificium? Quamobrem, si sacerdotes in missa fatetur, recte recipere, quod cōsecrant: q̄q̄ nulla scriptura clara (cuiusmodi solam recipit Lutherus) Christum testetur, illud nec in cœna fecisse, nec usq̄: non debet mirum uideri Luthero, si sacerdos offerat Christū patri, quod nō uno loco, clara testante scriptura, Christus ipse fecit in cruce. Nam crucem etiam, ad testamentum in cœna factum, pertinere, Lutheri quoq; ratio demonstrat, quum testamentum dicit, mortem testatoris inuoluere, utpote qua sola perficitur. Præterea, non aliunde (quod dixi) uidetur, et id institutum, ut aqua uino misceretur in sacramento: quæ res, non in cœna legitur esse facta, sed cruce. DESINAT ergo Lutherus, argumentū nugax opponere, ut quia Christus in cœna sese non obtulit, ideo sacerdos non offerre credatur in missa: in qua, nō solū repręsentat, quod in cœna fecit Christus, sed etiam quod in cruce, in qua consummauit

Christus,

Christus, quod inchoauit in cœna. At postremum argumentum Lutheri, quo, uelut anchora sacra, sustinetur nauis: omnium est nugacissimum. Quomodo (inquit) fieri potest ut sacerdos offerat deo, quod ipse sumit? Repugnat (inquit) missam esse sacrificium, quum illam recipiamus. Idem simul recipi & offerri non potest, nec ab eodem simul dari & accipi. Deterret nos ubiq; Lutherus, a rationibus philosophicis, quum ipse in re tam sacra, se firmet in meracissimo sophismate. Nam quod unq̃ fuit sacrificium in lege mosaica, quod non sumebant qui offerebant? An quod deo offerebatur, ipse comedebat? Nunquid ego manducabo carnes taurorum aut sanguinē, inquit deus, hircorum potabo? Præterea si Christus, & sacerdos fuit et sacrificium, cur non potuit Christus instituere, ut sacerdos, qui idem sacrificium representaret, uictimam & offerret et sumeret? Sed hac in re, ne Lutherum uidear imitari, qui nihil habet pro se: nisi quod e suo fingit capite: afferemus quod dicit beatus Ambrosius de missa. Quanta inquit, cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, atq; animi puritate: istud diuinum & cœleste mysterium est celebrādum domine deus, ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis, ima, humanis: diuina iunguntur, ubi adest sanctorum præsentia et angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium, mirabiliter et ineffabiliter, quis digne hoc potest celebrare

Postremum argumentū Lutheri. Anchora sacra Lutheri præciditur.

Insignis inscitia Lutheri.

Psalmo. xxiiii.

argumentū satis probabile.

ambrosius

mysterium, nisi tu deus omnipotens, offerentem feceris dignum. Videtis ut hic beatissimus pater, & oblationem appellat missam, et in eadē, CHRISTVM ipsum dicat, & sacerdotem esse, et sacrificium, quemadmodum fuit in cruce. Cuius authoritati quantum Lutherus tribuat, uiderit ipse, quantum uerò tribuerit beatus Gregorius, facile declarauit, quum illū imitatus ita scriberet. Quis fidelium dubitare possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis uocem cœlos aperiri, in illo Christi mysterio: angelorum choros adesse, summis ima sociari, terram cœlestibus iungi, unum quid ex uisibilibus & inuisibilibus fieri? Et alibi. Hæc nanq; singularis uictima, ab æterno interitu animas soluit, quæ illam nobis mortem unigeniti reparat. Nec minus aperte, quum dicit. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis istud sacrificiū, quod unigeniti filii passionem semper imitatur. Videmus, ut non solum diuus Ambrosius, sed & beatus Gregorius, Immolationem appellat missam & sacrificium, ac fatetur in ea, non ultimam tantū Christi cœnā (quod Lutherus ait) sed & passionem eius representari. Nec tamen istud soli censuerunt illi. Nam & Augustinus, non semel idem fatetur. Ait enim de missa. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit. Quia quotidie labimur: Christus pro nobis, quotidie immolatur. Item Eucharistia est oblatio benedicta: per quam benedicimur, ascripta: ꝑ quam omnes in cœlum ascribimur, rata: per quam, in uisceribus

Gregorius.

Augustinus

Christi

Christi censemur. Quum igitur uiri tam eruditi, tam sancti, missam dicant oblationē & sacrificium, quum per eam, non cœnam tantum sentiant, sed etiam passionem Christi cōmemorari, quum inde, tam immensa bona prouenire fateantur, quum iisdem consentiens, eadem, in missa tota decantet ecclesia: uehementer admiror, qua fronte, Lutherus audeat clamare cōtrarium, missam non esse sacrificium, non esse oblationem, non prodesse populo, eludens authoritatē tot sanctorū patrum, immo totius ecclesiæ, uanissimo figmento suo, quasi omnia, quæ de oblatione & sacrificio fiunt et dicuntur in missa, intelligerentur de reliquiis iudaici ritus, quo, leuasse dicit sacerdotem ea, quæ offerebantur a populo. Quod Lutheri cōmentum, tam ineptum uisum est, & tam absurdum etiam ipsi Luthero, ut dubitauerit, an sanctorum patrū sententias, & ecclesiæ totius consuetudinem tam futili ratione defenderet, an potius ex professo contemneret. Nam quid dicemus (inquit) ad canones et authoritates patrum? Respondeo (inquit) si nihil habetur, quod dicatur, tutius est omnia negare, q̄ missam concedere opus, aut sacrificium esse, ne uerbum Christi negemus, simul cum missa pessundantes, tamen quo seruemus et eos, dicemus illa omnia reliquias esse ritus iudaici. Ergo ne nihil dicatur, homo ciuilis et honori sanctorum patrum parcens, & honori totius ecclesiæ, tanquam officij gratia, ne stulte loqui uiderentur, præclarum illud figmentum suum de reliquijs.

Epilogus.

Verba Lutheri.

O benignitatē Lutheri.

quijs iudaici ritus: pro uelamēto dignatus est eorum pudendis prætexere, quod si quis ammoueat: illorum periculo fecerit. Nam Lutherus ingenue non ueretur, si quis eum stringat arctius, quicquid unq̄ fuit sanctorum patrum, quicquid unq̄ in ecclesia moris fuit, exufflare, potius uidelicet, q̄ concedat missam bonū opus esse, uel sacrificium, hoc est, potius q̄ concedat uerum esse, quod uerum est. Nam quod ait eos negare uerbum CHRISTI, ac fidem simul cū missa pessundare, quicunq; dicunt missam esse sacrificiū, nemo est, opinor, qui credet hac in parte Luthero, nisi primum doceat aut aliud euangelium legisse se, q̄ sancti illi patres legerunt, aut illud idem, uel legisse diligentius: uel intellexisse melius, aut sibi deniq; maiorem esse curam fidei, q̄ ulli unq̄ hactenus mortalium fuerit, At euangelium credo non proferet nobis aliud, neq; si proferet, audietur, etiam si angelus cum eo de cœlo descenderit. Illud uero, quod profert, neq; diligentius excussit, neq; perspicit acutius, q̄ olim et excussum est, et perspectum ab illis, quorum nemo se repperisse dixit illic, quod nunc iste iactat repperisse sese, missam bonum opus non esse: non esse oblationem, non esse sacrificium, deniq; fidei cura cuiusmodi fuit utrisq;: non potest cuiquā esse obscurum, quiquid utrinq; scriptum sit, non oscitanter expenderit. Veteres illi uiri sanctissimi uiderunt, sicut sacramentorum omnium hoc esse summum, quod ipsum sacramentorum dominum complectatur, ita sacrificiorum

Lutheri arrogantia.

Lutherus uel doctrina uel stultitia singularis.

omnium

omnium hoc esse unicum, quod solum in loco tot o=lim sacrificiorum restiterit, postremo, operum omni=um, quæ pro salute populi fieri possunt: longe lateq; saluberrimū. Nam quum cætera sacramenta prosint singulis solum, hoc in missa prodest uniuersis, & quū omnes orationes, quibus alius pro alio intercedit a=pud deum, non impediri tantum, sed & frustra fieri possint, hominum uicio, misericors dei clementia, missam instituit pro salute fidelium, in qua suum ipsi=us corpus offerretur tam salubre sacrificium, ut eius fructum, nullius ministri quantauis iniquitas, a po=pulo suo, uel auertere possit, uel imminuere. Hæc patres illi sanctissimi quum uidissent: summam habu erunt curam, summam adhibuere diligētiam, ut pro=pitiatorium hoc sacramentum, & fide quam maxima, posset haberetur, et honore quam posset maximo, co leretur: eoq;, cum alia multa, tum hoc quoq; sedulo tradiderunt, panem & uinum in eucharistia non ma=nere, sed in carnem & sanguinem CHRISTI uera=citer esse conuersa. Missam sacrificium esse docuerūt, in quo CHRISTVS ipse pro populi christiani peccatis immolatur. Tum, quoad mortalibus licet, immortale mysterium, uenerando cultu, & mysticis ornarunt ritibus. Populum dum celebratur in suæ salutis procuratione uenerabundum adesse iusserunt. Denique, ne laici dissuetudine recipiendi sacramen=ti, paulatim ex toto desinerent, sanxerunt ut semel saltem quotannis: eucharistiam quisque susciperet,

Excellentia missæ.

His

His igitur atque alijs eiusmodi multis, sancti patres ecclesię, alijs alij temporibus, solicitudinem suam, circa sacramenti huius reuerēdi fidem uenerationemque declararunt. Ideo iactare non debet Lutherus (id quod iactat tamen) eos qui missam dicunt esse sacrificium, aut alij, q̃ sumenti prodesse, uerbum Christi fidemque ac missam ipsam pessundare. At Lutherus, Christi uerbum, fidemque, ac missam ipsam, ne pessundētur et corruant, quo pacto, suis humeris sustinet: id uero uicissim considerare profuerit. Initio, nomen ipsum sacramenti, demutat in deterius, et quum tot sæculis appellatum sit eucharistia, uel sacramentum corporis Christi, ille ne nomen, audientes admoneat maiestatis rei, iubet uocari panem. Deinde, panem et uinum, quæ ueteres conuersa fatentur in corpus et sanguinem domini: Lutherus adhuc manere docet integra, ut ordine paulatim, honorem a Christo traducat in panem. Tum, licet non damnet ecclesiam, quæ ritibus et cerimonijs ornauit, et ampliauit missam: tamen censet, quod missa foret multo christianior, si uestium, cantuum, gestuum, et cæterarum cerimoniarum omnium pompa tolleretur, ut esset uicinior et similior primæ omnium missæ, quam CHRISTVS in cœna celebrauit cum apostolis, imo uero, ut q̃ minimum supersit eorū, quæ simplices animos plæbeculæ commoueant, et in uenerationem numinis inuisibilis, uisibilis honoris maiestate conuertant. Ad hæc docet, et omnibus modis

Lutherus Athlas.

Dogmata et institutiones ecclesiasticæ Lutheri.

dis inculcat, missam bonum opus non esse, sacrificium non esse, oblationem non esse, nemini prorsus e populo prodesse. Quorsum hæc tam sancta & euangelica lectio? nempe ut populus totus, missa relicta sacerdoti, cui soli prodesse persuasum habeant, negligant ipsi, & suum officium rei sibi inutili subducant. Deniq; ut ipsi quando communicantur, tantum fidem afferant, testamenti se fore compotes: qualescunq; consciẽtias attulerint: imo quo magis erroneas attulerint, & peccatorum uel morsu, uel titillatione turbatas: tãto magis, se nouerint diuinæ promissionis esse participes, præsertim quum sacramentum hoc, sit medicina peccatorum, præteritorũ præsentium & futurorum, quæ nullum sibi locum reperiret, scilicet in eo, qui nimis anxie semet prius ideo a peccati morbo purgauerit, ut secũdum apostoli præceptum probans semetipsum, conscientia q̃ maxime potest pura et syncera, discumbat in mensa domini, ut quum dicere non possit iustificatus sum, illud saltem possit, nullius mihi conscius sum. Lutherus ergo postea q̃ preparationem istam docuit breuem & compendiariam ad suscipiẽdam eucharistiam, nempe, in sola fide promissionis, nullis operibus bonis, leuissima disquisitione conscientiæ: postremo, ne quicquã desit absolutæ sanctimoniæ ad suscipiendum sacramentum: suum uotum aperit, quoties et quibus anni temporibus potissimum uelit, cogi populum communionem sumere, nempe, prorsus nullo. Quid ita?

Lutherus populum abigit a missa.

Præparatio Lutheriana ad eucharistiam.

Tempora plæbi a Luthero statuta ad cōmunicandum.

ita: quid: an quisq̃ tam cæcus est, ut nō uideat, quorsum hæc tam putida tendant? Certe non aliorsum, q̃, ut populus sensim a communione sacramēti desciscat in totum, qui primum a quotidiana cōmunione deflexit in septimum quenq; diem, post, in lōgius distulit: tandem, destiturus uidebatur omnino, nisi patres illud ueriti, sanxissent, ut ter in anno, quisq; communicaret, interminati, non habendum pro christiano, qui non obtemperasset. At nec id tamen, diu potuit obtineri. Quamobrem, ad ultimum eo descensum est, ut inferius descendi non possit, nisi ferme prorsus ad inferos: nempe, ut semel saltem in anno communicemus: quam consuetudinem, si Lutherus (ut optat) posset amoliri, mundus, refrigescente indies feruore fidei, propediem profecto redigeretur eo, quo iam pridem peruenisset, nisi hoc solemni quotannis communicandi ritu, fuisset retentus, ut aliquando nullū ferme remaneat in populo communicandi uestigiū, fortasse nec in clero quidē, si Lutherus obtinere possit, ut missa non apparatu tantum et cerimonijs, sed populi quoq; frequentia, spe, ac ueneratione spolietur. Hæc sunt ergo præclara illa promissa Lutheri. Hæc est speciosa illa libertas, quam pollicetur ex ecclesia catholica uenientibus ad se, nempe ut liberētur aliquando, ab usu et fide sacramenti. Quamobrem ego hac de re amplius disputare supsedeo, utpote, re magis ex se perspicua, q̃ ut cuiquam disputari debuerit. Tantum indicasse nō oberit, astutissimas uersuti

serpentis.

serpentis insidias, quibus iam perspectis (perspicit enim non dubito, quisquis non plane cæcus est) non erit opus hortari quenq̃ ut prǽuisa mala deuitet. Nemo erit opinor, tã uecors, ut ex ecclesia dei, desciscat in synagogam satanæ, e Christi seruitute fugiens, cui seruire regnare est, asserat se in libertatem propositã a Luthero, ubi solo libertatis nomine, sciens prudensq;, in præmonstratas diaboli pedicas inijciat pedes. Sed una cũ psalmista omnes Christi fideles hũc uersum clament. A iudicijs tuis non declinabimus, quia tu legem posuisti nobis.

Libertas transfugientium ab ecclesia christi ad Lutherum.

Psalmo Cxviij.

RELIQVIS ERGO SACRAMENtis nihil opus est immorari, quorum plęraq; omnia tollit, quum eucharistiæ sacramentum, quod unicũ ferme relinquere uidebatur, tamen ut ostendimus, ita tractarit, ut nemini relinquat dubium, quin & illud quoq; paulatim machinetur amoliri, nec ullum sane sacramentum laudat, nisi in alterius iniuriam. Nam sic & baptismum effert, ut deprimat pœnitentiam. Quanq̃ baptismum etiam ipsum tractauit sic, ut satius multo fuerit non attigisse. Nam primum, quo uideretur sancte rem sanctam tractaturus, multis uerbis docet fidem habendam promissioni diuinæ, qua salutem promittit credentibus & baptizatis. Irascitur, & insectatur ecclesiam, q̃ Christiani non docentur hãc fidem, quasi quisquam sit usquã tam rudis christianę fidei, ut hoc sit docendus, & tamen tanq̃ rem nouam

 & inauditã

et inauditam ferme, Lutherus hoc proponit, cum insigni contumelia doctorum omnium. Sed hoc nō est ei nouū in rebus notis, tanq̄ nouis nugari. Qui postq̄ hanc fidem uerbis multis ostendit, deinde fidei diuitias, in hoc, extollit, ut nos reddat pauperes bonorū operum, sine quibus, ut beatus Iacobus ait, fides omnino mortua est. At Lutherus sic fidem nobis commendat, ut non solum permittat nobis uacationem ab operibus bonis, sed etiam suggerat audaciā qualiumcunq; facinorū. Ait enim: Iam uides, q̄ diues sit homo christianus, siue baptizatus, qui etiam uolens non potest perdere salutem suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas. O uocem impiā, & omnis impietatis magistram, ita per se exosam, pijs auribus, ut non sit opus eam redarguere. Ergo nō damnabit adulterium? non damnabit homicidium? non periurium? non parricidium? si tantum credat se quisq̄ saluandum fore per uirtutem promissionis in baptismate? Nam hoc dicit apertissime, neq; quicquā corrigunt hanc sententiam, uerba quæ statim subiūgit, immo uerius augent, ait enim: Cætera omnia, si redeat uel stet fides in promissionem diuinam baptizato factam, in momento absorbentur per eandem fidem, immo ueritatem dei, quia seipsum negare non potest, si tu eum confessus fueris, et promittenti fideliter adhæseris. Quibus uerbis, quid aliud dicit, quā quod dixit prius? si absit incredulitas, cætera flagitia omnia

Lutheri mos perpetuus.

Iacobi. ij.

Lutheri uerba perniciosissima.

Lutheri uerba.

omnia, in momento absorberi in sola fide, si confessus fueris Christū, et eius promissioni fideliter adhaeseris, hoc est, firmiter credideris te saluandum per fidem, quicquid feceris. Et quo minus dubites quo tēdat, contritio (inquit) et peccatorum confessio, deinde et satisfactio, & omnia illa hominū excogitata studia, subito te deserent, et infeliciorem reddent, si in ipsis tete distēderis, oblitus ueritatis huius diuinae. Cuius ueritatis? nempe huius, ꝙ nulla peccata possunt te damnare, nisi sola incredulitas. Quae christianae ferent aures, pestilens hoc serpentis sibilum, quo baptismum non in aliud leuat, q̄ ut premat poenitentiam, et baptismatis gratiam statuat impune peccandi licentiam? In quam sententiā, et istud facit, ꝙ ei non placet illud beati Hieronymi poenitentiā esse secundā tabulā post naufragiū, negat peccatū fidei esse naufragiū, et sic disputat, tanq̄ illud uerbū prorsus interimat omne robur fidei. At quis nescit, nisi Lutherus, peccatorē non solū non saluari per solā fidē baptismi sed etiam illum ipsum baptismum ei cessurum in cumulum damnationis? et merito quia lęsit deum, a quo totam accęperat baptismi gratiam, et cui plus a deo datur, ab illo uicissim plus exigitur. Igitur, quum fidem per opera mala peremerit, cur dici non potest fecisse naufragium, qui e dei gratia decidit in manus daemonū, e quibus absq; poenitentia nō reponit̄ in eū statum, ut baptismus ei rursus prodesse possit. Num hic impie scripsit Hieronym⁹? Num impie tota sensit ecclesia

Lutheri uerba.

Hieronymus.

ecclesia, quæ non credit Luthero, sine pœnitẽtia, per solam fidem christianos esse tutos, in medijs sceleribus. Præterea, sic totus est in fide sacramenti, ut non admodum curet de forma uerborum, quum uerbum tamen per quod significatur aqua, non minoris esse momenti debeat q̃ aqua ipsa, in qua, si putat ullam adhibendam esse curam, ut pura sit & elementaris: nullam ne decet adhiberi ad inquirendam et exercendam ueram aliquam uerborum formam, quam certũ sit, & nunc obseruari per ecclesiam, & olim in usu fuisse ueteribus.

Lutherus q̃ tribuat sacramentis.

POST HAEC ITA magnificat fidem, ut propemodum uideatur innuere solam fidem sine sacramento sufficere. Nam interim sacramẽtum priuat gratia, dicit sacramentũ ipsum nihil prodesse, negat sacramenta gratiam conferre, aut gratiæ efficatia signa esse, aut omnino quo ad efficatiam significationis, sacramenta legis euangelicæ differre quicq̃, a sacramentis legis moisaicæ. Qua in re non multum disputabo, sed tamen uidetur mihi, quum omnia in figuris contigerint iudæis, quarum, ueritas est in lege christiana, nihil absurdi consecuturum, si quis credat sacramenta, quibus utitur ecclesia, tantum præcellere synagoge sacramentis, quantum lex noua ueterem legem antecellit, hoc est, quantum corpus umbram superat. Quod ego tamen, neq; primus cogito, neq; solus. Hugo de sancto uictore, quem nemo nõ habet

Hugo de. S. Victore.

& pro

et pro uiro docto & bono. Dicimus, inquit, sacramēta omnia signa esse quædam eius, quæ per illa datur gratiæ spiritalis. Oportere autem, ut secundum processum temporum, spiritualiū gratiarū signa, magis ac magis semper euidentia, ac declaratiua formarentur, ut cum effectu salutis, cresceret cognitio ueritatis. Et paulo post: Quia circumcisio eas tantū, quæ foris sunt, enormitates, amputare potest, eas uero q̄ intrinsecus sunt, pollutionū sordes, mundare nō potest: uenit post circumcisionē, lauacrum aquæ, totū purgās, ut perfecta iustitia significaretur. Nemo negabit opinor, hunc saltem doctorē, sentire sacramentum baptismi & interius purgare, et efficacius perfectam significasse iustitiam, q̄ fecerit circumcisio. Qua in re Lutherus duas uias commemorat, & utranq; refutat, alteram qua arbitrati sunt plurimi esse aliquam uirtutem occultam, spiritalem in uerbo & aqua, quæ operetur in animo recipientis gratiam dei: alteram eorū, qui nihil uirtutis tribuerunt sacramētis, sed gratiam censuerunt a solo deo dari, qui assistit ex pacto sacramentis a se institutis, sed quoniam utriq; in hoc consentiunt sacramenta esse efficacia signa gratiæ: utranq; uiam reijcit Lutherus. Ego ut nescio utra uia sit uerior, ita neutram audeo plane contemnere.

Duæ opiniones de potestate sacramentorum.

NAM ET ILLA ipsa uia, cui nunc pauciores assentiunt, non omnino uidetur absurda, q aqua ipsa per uerbum, occultam habeat animæ purgandæ potentiam. Nam si creditur ignis in animā agere, uel ad punienda

Cōparatio.

q̄ exigendum puto. Nam et beatus Petrus, quum ita populum hortaretur: Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum, et accipietis donū spiritus sancti: nō dubito, quin paratus fuerit, ad baptismum recipere totum populum: nec tamen a toto populo repēte exegisset illam summam certam, et indubitatam fidem Lutheri, quam nemo se satis sciret attigisse, sed promittebat ex ipso sacramento, omnibus, qui se dumtaxat offerrent, et cuperent, remissionem peccatorum, et gratiam. Nam magna quædam res est, certa et indubitata fides, neq; semper, neque cuiq; contingit, etiam ex his fortasse, qui sibi contigisse non dubitant. Ego profecto sperare non dubitem, quin dei benignitas suis sacramentis assistat: et uisibilibus signis, inuisibilem infundat gratiam, et sacramenti sui feruore, teporem credentiū adiuuet: multos per sacramenta consequi salutem, qui de sua fide non amplius polliceri possunt, q̄ potuit ille, qui dixit. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Qua in re, si cui alij præterq̄ aduersario, uideat nimium sacramento tribuere: sciat me nihil diffinire, nihil omnino statuere, quod præiudicet fidei, cui ego nihil derogo, sed ut solam fidem sine sacramento, nō puto sufficere in eo, qui sacramenti compos esse potest: ita neq; sacramentum sufficere sine fide, sed utrūq; oportere concurrere, et utriusq; robur cooperari, et tutius opinor, aliquid sacramēto concedere, q̄ tantum dare

Fides et ratione et scri turis suf fulta.

Marci. ix.

fidei

fidei, quantum donat Lutherus, qui sacramento neq; gratiam relinquit, neq; efficaciam signi. Preterea, fidē ipsam nihil facit aliud, q̄ flagitiosæ uitæ patrociniū, quemadmodum ante uberius declarauimus. Quam rem quo magis astrueret, postq̄ sacramenta priuauit gratia, ecclesiam priuat & uotis omnibus, & legibus. Nec quicq̄ mouet illū, q; deus ait, Vouete et reddite. Sed de uotis non dubito, quin exurgent ex his, quos ille uouistas uocat, & uotarios, qui pro sua professione respōdeant. Nā illos ex ecclesia, semel, ferme prorsus eliminat uniuersos. De legibus uero, demiror hominem præ pudore potuisse tam absurda cogitare, quasi christiani peccare nō possent, sed tam perfecta foret tanta multitudo credētium, ut nihil decerni debeat, uel ad cultum dei, uel ad uitanda flagicia. Sed eadem opera, et eadem prudentia, tollit omnem potestatem et authoritatem principum et prælatorum. Nam, quid faciet rex aut prælatus, si neq; legem potest ponere, neq; positam exequi, sed populus absq; lege uelut nauis absq; gubernaculo fluctuet. Vbi est ergo illud apostoli? Omnis creatura potestatibus sublimioribꝰ subiecta sit. Vbi illud? Si male agis: regē time, nō sine causa gladium portat. Vbi illud? Obedite præpositis uestris, siue regi quasi præcellēti, & quæ sequunẗ. Cur igitur, ait paulus, bona est lex? Et alibi. Lex est uinculum perfectionis. Præterea, cur ait Augustinus. Non frustra sunt instituta potestas regis & cognitoris ius, ungula carnificis, arma militis, disciplina

Vouistę et uotarii.

De legibus.

Lutherus christianis summam decernit licentiam.

Ro. xiii.

Ibidem.

Hebr. xiii.

I. Timoth. j

Prouer. xiii

Augustinus

plina dominantis, seueritas etiam boni patris. Habēt omnia ista, modos suos, causas suas, rationes, utilitates, et hæc, quum timentur, et mali cohercentur, et boni, quieti inter malos uiuunt. Sed de regibus dicere supersedeo, ne uidear meam causam agere. Istud quæro, si nemo, nec homo, nec angelus, potest super hominem Christianum legem ponere: cur tot leges ponit apostolus, et de legendis episcopis, et de uiduis, et uelandis fœminarum capitibus? cur statuit, ne fidelis coniūx ab infideli discedat, nisi deseratur? Cur audet dicere: Cæteris dico ego, non dominus? Cur exercuit tantam potestatem, ut fornicarium satanæ iuberet tradi in interitum carnis? Cur Petrus Ananiam et Saphiram simili pœna percussit, q̃ e sua ipsorum pecunia paulum reseruassent sibi? Si multa statuebant apostoli, præter speciale præceptum domini, super Christianum populum: cur non idem, propter populi commodum faciant hi, qui successerunt in apostolorum locum? Ambrosius Mediolanensis episcopus, uir sanctus, & nihil arrogans, iubere non dubitauit, ut per suam diocesim coniuges in quadragesima coniugalibus abstinerent amplexibus, & indignatur Lutherus, si romanus pontifex successor Petri, uicarius Christi, cui Christus uelut apostolorum principi tradidisse creditur claues ecclesiæ, ut cæteri per illum et intrarent, & pellerentur: ieiunium indicat aut præculas? Nam quod suadet, corpore parendum esse, animo retinendam libertatem, quis tam

I. Corin. vii

Ibidem.

Act. v.

Ambrosius coniuges ab amplexibus in quadragesima iussit abstinere.

cæcus

cæcus est, ut strophas istas non uideat? Cur ignem gerit, et aquam, homo simplex et sanctulus? Cur iubet, uelut apostoli uerbis, hominum seruos non fieri, hominum statutis non subijci, et tamen parere iubet pontificis iniustæ tyrannidi? An apostolus hoc pacto prædicat? Reges nihil iuris habent in uos, iniustum feratis imperiū. Domini ius non habent in uos, feratis iniustam seruitutem. Si Lutherus parēdū esse non putet: cur parendum dicit, si parendum censet: cur ipse non paret? Cur homo uersipellis talibus ludit technis? Cur in pontificem, cui dicit obediendum esse: conuicijs insurgit? cur tumultum suscitat? cur in illum concitat populos? cuius uel tyrannidem (ut uocat) fatetur esse ferendam. Profecto non ob aliud, opinor, q̄ ut fauorem sibi conciliet improborum, qui suorum scelerum impunitatem cuperent, et eum, qui pro libertate eorum iam decertat, caput ipsis instituerent, et ecclesiam Christi tam diu supra firmam petram fundatam, demolirentur: & ecclesiam nouam ex improbis & flagitiosis conflatam erigerēt, cōtra quam, clamat propheta: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, & una cum illo, nostra clamet ecclesia. Dirige me in ueritate tua, quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Q̄ dissidet Lutheri techna a simplicitate Pauli.

D E

E POENITENTIA POENI
d tet audire, quas nugas, quæ somnia, q̄ absurda, q̄ impia, q̄ sibi repugnantia deblateret. Primum suo more, uelut nouū proponit, quod omnibus est notissimum, fidem habendam promissioni dei, qua, promisit pœnitenti remissionem peccatorum, et iam insectatur ecclesiam, ꝙ hanc fidem non doceat. Quis est obsecro, qui hortatur quenq̄ ad iudæ pœnitētiam: ut doleat, quod commisit, nec tamen speret remissionem? Quis doceret orandum pro uenia, nisi, qui doceret promissam pœnitenti ueniam? Quid prædicatur sæpius, q̄ dei tam immensa clemētia, ut nulli quātumuis scelerato, se emendanti, claudat misericordiam? Nemo ne, præter Lutherum legit unq̄ Quacūq; hora ingemuerit peccator, saluus erit? Nemo legit dimissam adulteram, ueniam prophetæ datam: non adulterij tantum, sed homicidij quoq;, Paradisum latroni datum: et eo datum tempore, quo commissa prius flagitia, nulla potuit satisfactione redimere? Tantum abest, ut hæc non doceatur fiducia consequendę uenię, (quam præteritā esse clamat Lutherus) ut potius in eam partem nimij sint, qui populos docent: ita per se libenter in hanc fiduciam præcipites, ut magis in alteram partem sint auocandi, qua, contemplentur seueram, atq; inflexibilem dei iusticiam. Decuplo enim plures inuenies, qui nimia peccēt istius promissionis fiducia, q̄ desperatione remissionis

Lutheri mos, notissima ceu ignota proponere.

Ezechie. xviii. Ioānis. viii II. Regum xii. Lucæ. xxiii.

Populus nimis præceps in fiduciam consequēdæ ueniæ.

nis

nis obtinendæ. Desinat ergo Lutherus, eam rem, pro noua nobis, et admiranda proponere, quam nemo non nouit. Desinat quiritari desuetam esse, qua nihil est usitatius.

DE CONTRITIONE.

OBLITERATIS, INQVIT, promissione et fide, uideamus, quid substituerunt in in locum earum. Tres, inquit, partes dederunt pœnitentiæ: contritionem, confessionem, satisfactionem. Quas omnes tres, ita tractat Lutherus, ut satis perspicuum faciat, nullam earũ satis ei placere. Nam primum, in contritione indignatur, et iram dei uocat insustentabilem, quod attritioni fiat locus, et credatur deus in dolore non satis de se uehementi, per sacramentũ supplere, quod deest homini. Videamus ergo, quam præclare tuetur, quod dicit, quid ipse contra statuat. Magnam rem docet esse contritionem, nec facile parabilem. Iubet omnes habere pro certo, et indubitate credere, propter uerbum promissionis, omnia sibi peccata esse dimissa, et a deo se solutos in cœlo, postquam per os hominis soluti sunt in terra. Qua in re, ipsius assertio uel in idem recidet quod repræhendit, uel multo magis erit absurda. Nam deus aut his dumtaxat, per pœnitentiam promisit peccata remittere, qui quantũ peccati moles exigit, ante conteruntur: aut his etiam qui minus, aut denique remittit et illis, qui nihil conteruntur omnino, si non promisit nisi (quantum poscat peccati magnitudo) contritis, non potest Lutherus, (quod

Lutheri uerba.

Luthero nimiũ displicet attritio

Lutheri uerba.

Lutherus undequaque constrictus.

(quod omnes iubet) certus esse, et indubius se esse solutum. Nam quomodo scire se potest obtinere promissum, qui se scire non potest satis esse contritum? Nemo enim nouit mortalium omnium, quantū contritionis exigat mortale peccatum. Qz si ueniam promisit deus parū (pro sceleris mole) contritis, tunc promisit his quos isti uocant attritos, & iam cum his cōsentit Lutherus: quos repręhendit. At si promisit deus, nihil omnino dolentibus: magis promisit attritis, hoc est utcunq; dolentibus. Quamobrem, si tantum contritionem admittit, hoc est sufficientem dolorem, nemo certus esse potest se esse absolutū, et sic Luthero perierit, aut falsa fuerit, & erronea absolutionis certa illa & indubitata fiducia. Sin ei dicat: cuius alioqui tepido ac remisso dolori peccata non remitterentur, per pœnitentię sacramentum remitti omnia: fatenti se peccatorem et petenti ueniam: et per os fratris obtinenti: quid dicit aliud q̄ sentiunt illi quos insectatur? Qui dicunt ex attritione, per sacramentū superueniens, fieri contritionem. Sacramentum enim supplere, quod deest homini. Aut ergo falsa est positio Lutheri, certum esse hominem de absolutione, aut uelit nolit, admittendum est ei, si non uerbum attritionis, certe res, quam, isti uerbo designant, quam si concesserit (concedet autem, nisi uelit de sua sententia discedere) hominis est intempestiue nugantis, re concessa, contendere de uocabulo.

Lutherus in labyrintho.

RVRSVS magnificis uerbis totū inuadit ecclesiā, tanq̄

tanq̄ peruerse doceat contritionem, dum ex peccatorum collectu et conspectu, docemur parare cōtritionem, quum prius doceri deberemus (ut ait ille) principia et causas cōtritionis, nempe diuinę cōminationis & promissionis immobilē ueritatē, quasi nō talia passim dicantur apud populū, prolatis etiā in eandē sententiā locis multis e scriptura sacra, neq; minus minacibus, neq; minus consolantibus, additis preterea causis, in procurandā contritionē, neq; minus efficacibus (q̄ sunt istę quas Lutherus exigit) & longe sanctioribus. Nā hæ causæ nihil fere proponunt, præter metū poenę, et spem prēmij, quæ cōuersio ad deū non tam grata est, ac si quis conuertatur amore, hoc fiet, si non ista quisq; tantū proponet sibi, quæ Lutherus affert, cōminationē dei et remissionis promissionem, sed illa etiā, quæ docent hi quos Lutherus tanq̄ nihil docentes irridet, nēpe, dei in se benignitatē, & toties in nihil bene merētē, in toties merentē male, ampliter collata beneficia. His enim rebus sibi a se propositis, adducetur peccator, ut plus doleat offensum tam pium patrem, q̄ tam potentem dominū, & minus pœnā suam timeat, q̄ iram dei, nec tam coelū cupiat, q̄ fauorē dei. Hæc consideratio bonitatis diuinæ format contritionē (An nescis homo inquit apostolus, q dei benignitas ad pœnitentiā te inuitat?) et format ut dixi sanctiorem, q̄ sit hæc, quā, ex metu pœnæ et spe remissionis format Lutherus, qui neminē iactat illa docere, preter se, quum omnes et eadem doceāt et meliora.

Iustiores cō tritionis causæ, q̄ quas affert Lutherus.

Ro. ii.

Arrogantia Lutheri.

Confessionē

CONFESSIONEM ita tractat: ut in publicis criminibus, quæ sine confessione nota sunt toti populo: confessionē exigat: ubi minus est opus. Occultorū uero confessionem ita uersat lubricus, ut quū non reijciat prorsus, tamē relinquat incertum, an pro re iussa et demandata recipiat. Nam e scripturis eam negat probari, tamen placere sibi dicit, & utilem esse, ac necessariā, nec tamē dicit omnibus, sed ad pacādas dumtaxat afflictas conscientias, opinor, significans, ꝙ si quis habeat conscientiam suæ similem, quę uel de sua sanctitate secura sit, uel de uerbo promissionis diuinæ certa sit, ei non sit opus occultorum cōfessione. Alioqui si quis meticulosus sit, ad pacandam conscientiam, confitendum esse. Quamobrem, quoniā tam dubie uerba sua suspēdit, mihi uisum est afferre quædam, quæ de necessitate confessionis loquuntur apertius. Et quia ex scripturis, haberi negat occultorū cōfessionem. Primo loco, proponam eum locū ex ecclesiastico, qui non soli mihi uidetur, omnes tres pœnitentiæ partes complecti. Fili, inquit, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed adora dominū, & ipse curabit te, auerte te a delicto, & dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum. Curat enim deus, dum soluit in cœlo, quod sacerdos soluit in terra: dirigimus manus in satisfactione, auertimus a delicto per contritionem, cor uero a delicto, in confessione mundamus. iuxta illud prophetæ, Effundite coram illo corda uestra.

Eccles. xxxviii.

Psal. lxi.

da uestra. Tres pœnitētię partes cōplectitur et Chrysostomus, quum ait: perfecta pœnitentia cogit peccatorē omnia libenter sufferre: Et infra: In corde eius contritio, in ore eius confessio: in opere, tota humilitas: hæc est fructifera pœnitentia. Pro confessione facit et illud. Cognosce uultum pecoris tui. Quomodo enim potest cognoscere, si non indicetur? Quid eo manifestius, quod legitur numeri capite quinto. Loquutus est dominus ad Mosen, dicens. Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier, quū fecerit ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, et per negligentiam trangressi fuerint mādatum domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatum suum. Huc et illud pertinet, quod in lege ueteri Iudæorum, quibus omnia contingebant in figura, populus infectus lepra iussus est se sacerdotibus ostendere. Nam si deus ideo scripsit in lege: Non alligabis os boui trituranti, ut nos admoneret, æquum esse, ut qui altari seruit de altari uiueret: (quemadmodum declarat apostolus, qui illud ait in lege scriptum, non propter boues, sed propter homines. Nunquid de bobus, inquit, cura est deo? Non est, cur quisq; dubitet, per lepram illam corpoream, in lege carnali, significatum esse peccatū in lege spiritali. In quam intelligentiam, ut nos paulatim duceret Christus ait leprosis, (quos dum irent non a corporis tātum, sed ab animæ quoq; lepra mūdauit): Ite (inquit) ostendite uos sacerdotibus. Iam illud diui Iacobi. Confitemini alterutrum peccata ur̃a:

Chrysostomus.

Prouer. xxvii.

Numeri quinto.

Leuitici. xiii.

Deutero. xxv.

I. Co. ix.

Iacobi. v.

etiam si non nesciam alios alio trahere. Mihi certe (nec soli) uidetur de sacramentali confessione mandatum. An non illud quoque, facit aperte pro confessione, quod per Esaiam ait dominus? Tu dic iniquitates tuas, ut iustificeris. Quod si quid ualere debet authoritas sanctorum patrum, ualere debet in primis, quod ait beatus Ambrosius: Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi peccatum ipsum fuerit confessus. Quid dici potest apertius? Praeterea Ioannes Chrysostomus. Non potest, inquit, gratiam dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per confessionem. Denique beatus Augustinus: Agite poenitentiam, qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, quia apud deum ago. Ergo sine causa dictum est. Quae solueritis super terram. Ergo sine causa claues datae sunt. Verum de confessione, si uerbum nullum, neque nominatim, neque in figura legeretur, neque quicquam a sanctis patribus diceretur: tamen quum uideam totum populum tot saeculis peccata sua patefacere sacerdotibus, quum ex ea re, tam assidue uideam tantum boni prouentum, tam nihil enatum mali, aliud neque credere, neque cogitare possem, quam eam rem, non humano consilio, sed diuino plane mandato, et constitutam esse, et conseruatam. Neque enim ulla humana authoritate, populus unquam potuisset adduci, ut occultissima scelera quorum tacitam conscientiam horrebant, quae ne prodirent in lucem, tanti referebat ipsorum, in alienas aures (qui posset quum uellet prodere) tanto cum pudore

Esaiae. xliii.

Ambrosius.

Chrysostomus.

Augustinus

Matthaei. xviii.

Matthaei. xvi.

Solida confirmatio confessionis clancularia.

dore, tanto cum periculo, tam incunctanter effunderent. Neq; fieri potuisse, quum tam numerosi præsbyteri boni maliq;, promiscue, confessiones audiant, ut audita continerent, etiam hi, qui alias nihil continēt, nisi deus ipse, qui sacramentum instituit, rem tam salubrē speciali gratia defenderet. Mihi ergo quicquid ait Lutherus, non ex aliqua populi consuetudine, nec ex institutione patrum, sed ab ipso deo, uidetur instituta et præseruata confessio.

Argumentū non improbabile.

IAM Q LVTHERVS RESERVAtiones peccatorum damnat, per quas interdicitur, ne quilibet sacerdos remittat omnia, sed quædam episcopi requirant manum, quædam etiam papæ, istuc spectat, q homo popularis sic exequat omnia, ut summi pontificis odio, pontifices omnes in classem cogat infimorum sacerdotum, tam cæcus odio, ut iurisdictionem non discernat ab ordine, imo uero multo adhuc cæcior: ut qui nec ordinem uideat ullum, sed omnia plane permisceat et confundat horrore, sacerdotesq; ipsos, prorsus in laicorum classem redigat. Quum deus ecclesiam hanc militantem, ad exemplar triumphantis effinxerit, cur tot gradus, tot ordines legens illic, nullum gradum, nullum ordinem, nullum prorsus discrimen admittit hic? Quorsum igitur tam multa scripsit apostolus de episcopis, si nihil iuris in gregem suum plusq̄ sacerdotes reliqui, nihil plus q̄ laicus quiuis haberet episcopus?

Lutherus omnia confundit.

Sed

Ratio aduersus Lutherum pro episcoporum authoritate, ut reseruent peccata.

Sed de laicis dicemus postea, interim de sacerdote dicemus. Sacerdos quilibet ordinem quidem habet, sed authoritatem iudicandi non habet (quæ res ad absoluentem pertinet) priusquam ei gregis alicuius cura committitur, idoneus tamen ante reputatur, cui cura tuto possit committi. Episcopus ergo, qui curā habet totius diocesis, si cui sacerdoti partem quampiam suæ curæ commiserit, an non ipsa ratio docet, hunc, non amplius aut ligare posse aut soluere, nisi quatenus ille permiserit, sine cuius mandato, nihil omnino in illius populo uel ligare quenq̄, uel soluere potuisset? Quippe, quod nec ipsi licebat episcopo in aliena diocesi. Quid ergo miri est, si quædam sibi reseruat episcopus: quorum curam putat esse maiorem, quam ut cuilibet possit (etiam non imperito) committi? Quod quum tot sæculis obseruatum sit, ne populus, nimis facili proposita remissionis facultate, procliuius in scelera prolaberetur, Lutherus nunc demum, ne quisquam difficultate pœnitentiæ deterreretur a peccando, quidlibet iubet permitti cuilibet, non sacerdoti modo, sed etiam laico, in tātum progressus ineptiæ, ut quum uulgo mulieres male audiant, quasi parum probe taceant, si quid audierint secretius, ille, mulieres etiam uelit uiris esse a confessionibus. At mulierem, quum docere non permittat apostolus: non eliget opinor in sacerdotem Lutherus, qui nisi prædicantem: negat ferme quenquam esse sacerdotem. At sacerdoti tantum, confitendum esse, (nisi necessitas ingruat)

Lutherus etiam mulieribus authoritatem permittit audiendi cō fessiones. I. Timot. ii.

ingruat) sanctorum patrum declarat sententia. Veniat, inquit, Augustinus ad antistites, per quos, illi claues ministrantur ecclesiæ. Non dicit ueniat ad laicos, ueniat ad mulieres. Item alibi dicit apertius. Quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat, repręsentet uitam suam deo, per sacerdotem, præueniat iudicium dei, per confessionem, præcepit enim dominus mundandis, ut ostenderent ora sacertibus, docens corporali præsentia confitenda peccata ITEM Leo papa. Christus hanc præpositis ecclesię tradidit potestatem, ut confitentibus pœnitentiæ satisfactionem darent. Denique uenerabilis Beda: Coæqualibus quotidiana et leuia, grauiora uero, sacerdotibus pandamus, et quanto iusserit tempore, purgare curemus, quia sine confessione, peccata nequeunt dimitti. Præterea, quid prodesset confessio, nisi per claues ecclesiæ sequeretur absolutio? At hoc ius inquit Ambrosius, solis permissum est sacerdotibus. Quod, quomodo uelit intelligi, declarat alibi, quum dicit, uerbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Alio item loco scribit Augustinus apertissime. Frustrat claues ecclesię qui sine sacerdotis arbitrio, pœnitentiam agit. Nunc igitur iudicet quisque, quam uere sentit Lutherus, qui contra sanctorum omnium sentētiam, claues ecclesiæ trahit ad laicos, trahit ad mulieres, & ait uerba Christi, Quæcunque ligaueritis & cætera, non sacerdotibus tantum, sed omnibus dicta fidelibus. M. Aemilius Scaurus uir clarissimus, &

Patrum authoritas aduersus Lutherum.
Augustinus
Lucæ, xvii.
Leo papa.
Beda.
Ambrosius.
Augustinus

exploratæ

M. Aemilius Scaurus

exploratæ probitatis, romæ, quum a uario Sucronensi, homine parum syncæro, accusaretur apud populū, & accusator oratione longa perorasset, ille breuiter, & sua, et populi fretus conscientia, non dignatus oratione cōtendere: Quirites, inquit, uarius Sucronensis ait, Aemilius Scaurus negat, utri potius credendum censetis? Quibus uerbis applaudente populo, uir honoratus, hominis nihili futilem accusationem elusit.

Cede patribus Luthere

Quæ percontatio, non illic magis mihi uisa est, q̄ in præsente quæstione congruere. Nam uerba Christi de clauibus laicis dicta, Lutherus ait. Augustinus negat. Vtri magis credēdum esse censetis? Lutherus ait: negat Beda. Vtri magis credendum censetis? Lutherus ait: negat Ambrosius. Vtri magis credendum cēsetis? Denicꝫ Lutherus ait: tota negat ecclesia. Vtri magis censetis esse credendum? At si quis adeo desipiat, ut authore Luthero, mulieri quocꝫ putet esse cōfitendum, huic non inutile fortasse fuerit illud alterū Lutheri dogma suscipere, quo suadet, non adhibendū multum studij, ad recogitanda peccata. Non expedit profecto nimis auxie multa reuocare in memoriam, ut omnia in eius infundas aurem, quę peruiam & patulam uiam, ab auribus habet ad linguam. Alioqui, quum res fieri potest absꝫ tali periculo, nō dubitem Lutheri consilio, exemplum prophetæ præponere: qui dicit. Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine. Omnes, inquit, annos meos, sed in amaritudine. Talis enim confessio, non solum præterita peccata

Mulieres quas Lutherus statuit a confessionibus rimarum sunt plenæ.

Esaiæ. xxxviii.

peccata diluit, sed nouam etiam parit ubertim gratiam, iuxta illud Ambrosij. Fidelior factus est petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam repperit, q̃ amisit. Quem sequutus Gregorius. Fit, inquit, plærunque gratior deo, amore ardens uita post culpam, q̃ in securitate torpens innocentia. Nam quum Lutherus ociosos homines appellet, qui censuerunt confitendas peccatorum circũstantias, Augustinus lõge censet aliter. Consyderet, inquit Augustinus, qualitatem criminis in loco, in tẽpore, in perseuerantia, in uarietate personæ, et quali hoc fecerit tentatione, an ipsius uicij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantẽ, secundũ excellentiam sui status, uel officij, et secundũ modum meretricis, et modũ operis sui, et qualiter turpitudinẽ peregit, si in loco sacrato, si in tempore orationi cõstistituto, ut sunt festiuitates et tempora ieiunij. Consyderet, quantũ perseuerauerit et doleat, q̃ perseuerãter peccauerit, et quãta uictus fuerit oppugnatione. Sũt enim qui non solũ, non uincuntur, sed etiã ultro se peccato offerunt, nec expectant tentationẽ, sed præueniunt uoluptatẽ. Et pertractet secum, q̃ multiplici actione uicij, q̃ delectabiliter peccauit. Omnis ista uarietas confitenda est et deflenda, ut quum cognouerit, quod peccatũ est, cito inueniat deum sibi propitiũ. In cognoscendo augmentũ peccati, inueniat se cuius ętatis fuerit, cuius sapiẽtiæ et ordinis. Immoretur in singulis istis, et sentiat modũ criminis, purgans lachrymis

Ambrosius.

Gregorius.

Augustinus

Confitendę peccatorum circũstantię

mis

mis omnem qualitatem uicij. Hactenus Augustin9. Quo uno, had scio an reperiat quenquam Lutherus (ex his, quos ociosos uocat) qui diligentius enumerarit peccatorum circumstantias, ne putet Lutherus circumstantiarum nihil quicq̃ ad confessionem pertinere. Q; si eiusdem peccati uariæ circumstantiæ sint, quoad possumus, in memoriam reuocandæ, quanto magis grauia et diuersa crimina colligenda sunt, et diligenter excutienda conscientia, ut si fieri possit, nullum nobis patiamur excidere? Nam, quod Lutherus uelut acutissimum telum conijcit, neminem posse omnia peccata confiteri, propterea, ꝙ nemo potest omnium recordari: telum est obtusissimum. Quis enim nescit, neminem, qui dixit omnia peccata confitenda fuisse, tam stolidum, ut senserit, etiam illa, sacerdoti narranda in aurem, quæ cõfitenti non uenissent in mentem.

DE SATISFACTIONE.

Lutherus tam uerborũ prodig9, ut malit multis uerbis nihil dicere, q̃ tacere.

DE SATISFACTIOne NESCIO, an satisfaciat alijs, mihi profecto uidetur, potius q̃ taceret, maluisse multis uerbis nihil dicere. Nam primum, ꝙ ait ecclesiam sic docere satisfactionem, ut populus ueram satisfactionem non intelligat unq̃, quæ est innouatio uitæ, quis nõ uidet meram esse calumniam? Quis Lutherum docuit ecclesiam non docere, innouandam esse uitam? Totam

non

non peragrauit eccleſiam, non omnibus interfuit cō-
feſſionibus, ut hanc audiret inſcitiam ſacerdotū. Ne-
ceſſe eſt ergo, aut ſpiritum ſanctū habeat in ſinu, aut
dæmonem aliquem in pectore, qui iſtud ei inſpiraue-
rit. Sed quiſquis hic ſpiritus fuit, bonus eſſe non po-
tuit, qui falſitatem docuit, ſed ſpiritus ille, de quo di-
ctū eſt, diabolus mendax eſt, et pater eius. Nam ne-
mo neſcit falſum eſſe, quod Lutherus affert pro uero.
Quis enim unq̄ adeo ſtipes fuit, ut ſic indiceret o-
pera ſatiſſactoria pro præteritis, ut indulgeret futu-
ra? Quis non aſſidue, quum abſoluit, illa Chriſti uer-
ba ſuccinit: Vade, et noli amplius peccare? Et illud
Pauli: Sicut exhibuiſtis mēbra ueſtra ſeruire immū-
diciæ et iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete
membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.
Quis non legit illud Gregorij? Pœnitentiam quippe
agere digne non poſſumus, niſi modum quoq; eiuſ-
dem pœnitentiæ cognoſcamus. Pœnitentiā quippe
agere, eſt et perpetrata mala plangere, et plangenda
nō perpetrare. Nam qui ſic alia deplorat, ut iterum
alia committat, adhuc pœnitentiam agere ignorat,
aut diſſimulat. Quid enim ꝓdeſt, ſi peccata luxuriæ
quis defleat, et tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhe-
lat? Qr ſi nihil horum diceretur, tamen, quum ſacer-
dos indicit pœnitentiam pro commiſſis: ipſa re docet
non eſſe rurſus committenda: quæ rurſus ſint puni-
enda. Lutherum ergo manifeſte liquet, nihil habere
penſi, quid dicat, modo uerborū effutiat aliquid, quo

Lutheri ſpiritus, qui illum ſecreto torum admoneat.

Ioānis. viii

Aperta calumnia Lutheri.

Io. viii.
Ro. vi.

Gregorius.

m calumnietur

calumnietur ecclesiam. Quæ res maxime, semper patet, ubicunque uelit in re maximi momenti, maxima uoce declamat: Quemadmodum in his uerbis facit.

Lutheri uerba.

Quæ monstra tibi debemus romana sedes, et tuis homicidis legibus et ritibus, quibus mundum totum eo perdidisti, ut arbitrentur sese posse deo per opera, pro peccatis satisfacere: cui sola fide cordis contriti satisfit, quam, tu his tumultibus, non solum taceri facis, sed opprimis etiam, tantum, ut habeat sanguisuga tua insatiabilis, quibus dicat affer, affer, et peccata uendat. QVIS non arbitretur, quum hæc uerba legat tam atrocia, tam tragica, Lutherum in sede romana deprænhendisse ingentia, et abominanda portenta? At si quis omnia pensiculet diligentius, uidebit parturiente monte, natum ridiculum murem. Nam primum, q̃ ridiculum est illud, quod exclamat in romanam sedem? quasi Romæ tantum, et non per omnem totius orbis ecclesiam exigerentur opera satisfactionis, et iniungatur pœnitentia: aut quasi leges, quas ille uocat homicidas, non sint æditæ plæræq; a sanctissimis olim patribus, et publico christianorum consensu, in synodis, ac generalibus concilijs. Deinde quum dicit, quod per opera, non satisfit deo, sed sola fide, si sentit, ꝙ non per sola opera sine fide, stulte bacchatur in sedem romanam, in qua nemo fuit unq̃ tam stultus, qui diceret opera sine fide satisfacere, quũ nemo nesciat illud Pauli. Quod non est ex fide peccatum est. Sin opera sentit superflua, et fidem solam

Ro. xiiii.

sufficere,

ſufficere, qualiacunq; ſint opera, tum dicit aliquid, et uere diſſentit a ſede romana, quæ credit diuo Iacobo, q; fides ſine operibus mortua eſt. Videtis igitur, q̄ inepte ſe commouet Lutherus, qui ſic inuehitur in romanā ſedem, ut ſemet interea, uel ſtultitiæ rhetibus, uel impietatis, inuoluat. Q꞉ q̄ profecto propinquius opinor uero, Lutherum ſentire, fidem ſemper abſq; operibut bonis ſatis eſſe ad ſalutem. Nam id illum ſentire, tum ex alijs locis multis euidenter liquet, tum ex eo quod dicit. Opera deus nihil curat, nec eis indiget. Indiget autē, ut uerax in ſuis promiſſis a nobis habeatur. Quibus uerbis, quid ſenſerit Lutherus uiderit ipſe, ego certe deum credo, et fidem noſtram, et opera noſtra curare, et neq; operibus noſtris egere neq; fide. Nam ut bonorum noſtrorum non eget, qui deus eſt, ita curam habet omnium, quę faciunt homines, qui aliud ab his fieri uetat, aliud iubet, ſine cuius cura, ne unus quidem paſſer cadit ſuper terram, quorum duo ueneunt dipondio. Sed quia uidetur Lutherus eo uergere, ut pœnitens tantum ingrediatur nouam uitam, ac negligat a ſacerdote pro commiſſorū ſatiſfactione ſuſcipere pœnitentiam: audiamus quid in hac quoq; parte, ſcribat ſanctiſſimus Auguſtinus. Non ſufficit, inquit, mores in melius commutare, & a prȩteritis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatiſfaciat domino, per pœnitētiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis et ieiunijs. Et alibi: Ponat

Iaco. ii.

Verba Lutheri.

Deum curare opera noſtra.

Lucæ. xii.

Auguſtinus

nat

Satisfactionem pœnitentiæ necessariam esse cōfitentib⁹

nat se pœnitens inquit, omnino in iudicio et potestate sacerdotis, nihil sui reseruans sibi, ut omnia eo iubente, paratus sit facere pro recipienda uita animæ, quæ faceret, pro uitāda corporis morte. Item alibi: Ligant quoq;, inquit, sacerdotes, dum satisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt: soluunt, quum de ea, aliquid dimittunt. Opus enim iustitiæ exercēt in peccatores, quum eos iusta pœna ligāt, opus misericordiæ, quum de ea aliquid relaxant. Satis igitur aperte me docuisse confido, q̄ temere calumniatur ecclesiam, et per omnem pœnitentiæ partem, q̄ inepta q̄ impia, et q̄ absurda, contra sanctos patres, contra scripturam sacram, contra publicam ecclesiæ fidem, contra tot ætatum, tot populorum consensum, contra sensum ferme communem constituat, quibus tamen ille non est contentus, sed quum diu fassus esset pœnitentiam esse sacramentum, tandem in fine totius libri, pœnitere cœpit eum, ꝙ quicq̄ omnino liber haberet ueri: eoq;, mutata (quod solet) in deterius sententia, pœnitentiam prorsus negat esse sacramētum.

Lutheri inconstantia.

At idem ante, fatetur se non dubitare, quin quicunq; coram quouis priuatim fratre, uel sponte cōfessus uel correptus ueniam petierit, et emendauerit, ab omnibus occultis absolutus sit. Si ita sentit (q̄q̄ falsum in hoc sentit, ꝙ ait coram quouis priuatim fratre, et in hoc item, ꝙ nihil interesse censet, an cōfiteatur ultro, an correptus petat ueniam) tamen, si pœnitētiam etiam talem, censet esse tam utilem, cur pœnitentiā eximit

mit e numero ſacramentorum? Nō ob aliud omnino, q̄ ut haberetur in minore precio, & uiduata nomine ſacramēti (quod apud chriſtianos eſt in ueneratione) uileſceret. Quam in rem, non alium repperit prętextum, q̄ φ pœnitentia non habeat ſignum uiſibile, quaſi uel exterior pœnitentia, uel ille ipſe corporeus actus et geſtus, quo ſacerdos abſoluit pœnitentem, ſignum eſſe non poſſit ſpiritalis gratiæ, qua pœnitens conſequitur remiſſionem. Sed ut aliquando finem loquendi faciam de pœnitentia, utinam aliquando pœniteat ipſum tam male tractatę pœnitentiæ. Et cuius omnes partes conatur euertere, ſalubriter olim partes omnes adimpleat, conteratur de malitia: publice confiteatur errores: et eccleſiæ (quam tot blaſphemijs offendit) iudicio ſe ſubijciens, quicquid ante commiſit: quanta maxima poteſt (nam digna profecto nō poteſt) ſatiſfactione recompenſet.

DE CONFIRMATIONE.

CONFIRMATIONEM ADEO non recipit pro ſacramēto, ut etiam mirari ſe dicat, quid eccleſię in mentem uenerit, ut confirmationem faceret ſacramentum, et in re tam ſacra ludit, et nugatur homo nugaciſſimus, quærens cur non ex pane quoq; faciant ſacramenta tria, quum anſas quaſdam habeant ex ſcripturis. Ideo non facit eccleſia, quia nō apprehendit anſam ex qualibuſcunq; Lutheri nugacitas.

cunq;

cunq; scripturæ uerbis, alia condendi sacramenta, q̄
quæ Christus instituit, et suo sanctificauit sangui-
ne: quemadmodum e diuerso, nullum eorum omittit,
quæ a Christo et apostolis per manus deinceps tra-
dita sunt, etiam si nusquam quicq̄ de eis scriberetur.
Nam quod ait confirmationem nullam operari salu-
tem, nulla fulciri promissione Christi: hoc dicit tan-
tum, neq; probat quicq̄, dumtaxat negat omnia.
At quum loca quædam Lutherus ipse commemorat,
e quibus (q̄q̄ id Lutherus irridet) habere non absurde
potuerit sacramentum confirmationis, initium: cur
tam maligne de tota iudicat ecclesia, quasi temere sa-
cramentum suscipiat, propterea q; in illis locis nullū
legit uerbum promissionis? quasi nihil omnino pro-
miserit, dixerit, fecerit Christus, quod non comple-
ctantur euangelistę. Hac ratione, si tantum Ioannis
extaret euangelium, negaret institutionem sacramen
ti in cœna domini, de qua institutione, nihil omnino
perscribit Ioannes, qui eodem dei consilio non tetigit
istud, quo, multa alia prætererunt omnes, quæ fecit
Iesus, quæ (ut inquit euangelista) non sunt scripta in
libro hoc, et quæ totus mundus non posset capere.
Ex quibus nō nulla, per apostolorū ora fidelibus pa-
tefacta sunt, et perpetua deinceps ecclesiæ catholicæ
fide cōseruata. Cui, quare non debeas de quibusdam
credere (q̄q̄ non legantur in euangelijs) quum (ut Au
gustinus ait) nisi tradente ecclesia scire nō posses, quę
sint euangelia? Quorum si nullū unq̄ scriptum esset,
maneret

Lutheroꝑpetuus mos

Efficax ratio aduersus Lutherū q; recipi oporteat etiā quæ nusq̄ sunt scripta Io. ultimo.

maneret tamen euangeliũ scriptum in cordibus fide-
lium,quod antiquius fuit omnium euangelistarũ co-
dicibus,manerent sacramenta, quæ et ipsa non dubi-
to euangelistarum libris esse omnibus antiquiora, ne
putet Lutherus efficax argumentum esse, frustra su-
scepti sacramenti, si non reperiat institutum in euan-
gelijs. Alioqui si nihil omnino recipiat, quod nõ tam
aperte legat in euãgelio,ut tergiuersandi nõ sit locus,
quomodo credit(si modo credit,qui fere nihil credit)
perpetuam Mariæ uirginitatem? De qua, adeo nihil
inuenit in scripturis:ut Heluidius nõ aliũde, q̃ ex scri
pturarũ uerbis arripuerit ansam decernẽdi contrariũ.
Nec aliud opponitur illi, q̃ totius ecclesiæ fides, quæ
nusq̃ maior est aut fortior, q̃ in sacramentis. Ego cer-
te neminẽ esse puto,qui scintillã ullã habeat fidei, cui
persuaderi possit,ꝙ Christus,qui pro petro orauit,ne
fides eius deficeret: qui ecclesiam suã, supra firmã pe-
tram collocauit,pateretur eam,tot sęculis uniuersam,
corporalium rerum signis inanibus, erronea fiducia
uelut diuinis sacramentis obstringi. Si nusquam in-
de quicquam legeretur, illi tamen, uerbo mentem
domini poterant enarrasse,qui pręsentes uersati sunt
cum eo, de quibus ait ipse: Vos testes estis, qui me-
cũ ab initio fuistis:Docere poterat, quid debebat fie-
ri, paracletus ipse, de quo dixit CHRISTVS.
Quum autem uenerit paracletus, quem ego mit-
tam uobis a patre meo, spiritus ueritatis, qui a pa-
tre procedit, illle testimonium perhibebit de me.

Et hic locus fortiter premit Lutherum, ut uetetur ecclesiæ traditiones non scriptas.

Lucæ. xxii.

Matthęi vii

Ioan. xv.

Eodem.

Ioãnis. xvi

Et rursus

Et rursus, quum uenerit ille, qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audierit loquetur, et quæ futura sunt, annunciabit uobis. Ecclesia ergo, quum tot et tales habuerit præceptores, tot uiuos euangelistas, et spiritum illum, qui ueritatem inspirat, credetur temere instituisse sacramentum, & spem in signo collocare nihili? Non credetur potius ab apostolis, non credetur potius a spiritu sancto didicisse? Certe, si quis nomen huius sacramenti, si quis ministrũ, si quis uirtutem quam spondet, estimet: uidebit rem non esse talem, quam temere credatur ecclesia suscepisse. A chrismate enim, ut inquit Hugo de sancto uictore Christus dicitur: a Christo, christianus: cuius ex quo nomen, omnes cõmunicare cœperunt, omnes unctionem accipere debuerunt, quia in Christo, omnes electum genus sumus: et regale sacerdotium. Nec ungimur excepta necessitate, nisi per episcopos, ut christianum consignent, et spiritum paracletum tradant, quemadmodum idem ait Hugo, sicut in primitiua ecclesia, spiritum sanctum per impositionem manuum dandi soli apostoli potestatem habuisse leguntur. Fructum quoque sacramenti idem doctor declarat. Sicut (inquit) in baptismo remissio peccatorum accipitur: ita per manus impositionem, spiritus paracletus datur. Illic gratia tribuitur ad remissionem peccatorum, hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest si a lapsu erigeris, nisi ad standum

Hugo de sãcto Victore.

De cõsectatione. d. v. cap. De his.

In actis apostolicis.

Fructus sacramenti cõfirmationis

standũ cõfirmeris? Hactenus Hugo. Cui recta quoq; consentit ratio. Quemadmodum enim in uita corporali, prӕter generationem, per quam, uitam consequimur, alia requiritur actio, per quam & crescimus, et ad perfectionem uirtutis perducimur, ita in spiritali uita, quӕ per generationem baptismatis acquiritur, opus est sacramento confirmationis, per quam uita spiritualis ad perfectam uirtutem perducitur, et spiritus sanctus datur ad perfectum robur. Et prӕter sacramentum baptismi, quod adiuuat ad credendum, cõfirmatio prodest in adiutorium fortitudinis, ad audacter confitendum. Ad hoc enim ordinatur, ut homo coram persecutore, fidem confiteatur audacter. Et hoc est quod ait Melchiades: In baptismo regeneramur ad uitam, post baptisma confirmamur ad pugnam. Nam confirmatio, ad huius mundi agones armat et instruit.

Ratio instituti sacramenti cõfirmationis.

De consecratione. d. v. Spũs sãctus.

DENIQVE, VT LVTHERVS INTELligat, hoc sacramentum neq; nouum esse, neq; inane figmentum, sed adeo non uacare gratia, ut spiritum etiam gratiӕ conferat ac ueritatis: afferemus in medium quid beatus Hieronymus de confirmationis sacramento scripserit. Ait enim episcopus, si imponit manum, his imponit, qui recta fide baptizati sunt: qui in patre, et filio, et spiritu sancto, tres personas, et unam substantiam crediderũt. Arrianus uero, quum nihil aliud crediderit (claudite quӕso aures qui audi-

Aduersus luciferianos.

n turi

turi estis, ne tantę impietatis uocibus polluamini) nisi in patre solo uero deo, et in Iesu Christo saluatore creatura, et in spiritu sancto utriusq; seruo. Quomodo spiritum sanctū ab ecclesia recipiet, qui nec dū remissionem peccatorū consequutus est? Spiritus quippe sanctus, nisi mundam fidē non incolit, nec habitator eius templi efficitur: quod antistitem nō habet

Cur soli epi baptizatis manus imponūt/ut accipiant spi' ritū sanctū.

ueram fidem. Q; si hoc loco quæras, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi non accipiat spiritum sanctum, disce hanc obseruationem ex ea authoritate descēdere, ꝙ post ascensum domini, spiritus sanctus ad apostolos descendit, & multis in locis idē factitatū reperimus. Hactenus Hieronymus. Cuius sententiæ, cum alia multa scripturæ loca subscribunt,

Actorū. viii.

tum ille multo clarissime: qui in actis apostolorū declarat, ꝙ populus qui ante baptizatus est in samaria, descendentibus ad eos Petro ac Ioanne, ac manus eis imponentibus, accepit spiritum sanctum. Demiror igitur, quid in mentem Luthero uenerit, ut confirmationem pro ritu tantum, ac cerimonia contendat habendam, pro sacramento uero neget, quæ non solum sanctorum testimonio doctorum, & totius ecclesiæ fide, sed etiam sacræ scripturæ clarissimis locis ostenditur: uisibili signo manus pontificiæ, non gratiam tantum, sed et ipsum gratiæ spiritum conferre. Desinat ergo Lutherus confirmationis sacramentum contemnere, quod ministri dignitas, ecclesiæ authoritas, et ipsius sacramenti commendat utilitas.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

MATRIMONIVM SACRAMENTOrum omnium primum, inter primos homines celebratum, primo Christi miraculo cohonestatum, quod propter sacramenti nomē ipsum, tam diu, tam religiose cultum est: Lutherus nunc demū, (ne coniugalem fidem tanti quisq̄ putet imposterum) negat esse sacramentum ullum. Et quum alia sacramēta sic sustulerit, ut in uno negaret institutum signum, in alio negaret promissam gratiā, in matrimonio negat utrūq;. Nam negat usq̄ promissam esse gratiam. Negat usq̄ institutum esse pro signo. Vnde hæc nouit? Quia non legitur, inquit. O rationem fortem, et multarum hæresum parentem. Ex hoc fonte uenenum hausit Heluidius. Nullum sacramentum admittis, cuius institutionem non legis in libro? Quem librū unq̄ scripsit ille, qui instituit omnia? De quibusdam, inquit, credo euangelistis Christi. Cur ergo de quibusdam, Christi non credis ecclesię, quā Christus omnibus præponit euangelistis, qui, non nisi mēbra quędam fuerūt ecclesiæ? Quamobrem, si fidis uni, cur diffidis omnibus? Si membro tribuis tantum, cur toti nihil tribuis corpori? Ecclesia credit esse sacramētū, ecclesia credit a deo institutū, a Christo traditū, traditū ab apostolis, traditū a sanctis patribus, per manus deinceps

Matrimonium.
Ratio Lutheri.
Heluidius.
Lutheri baculus arundineus.

deinceps, pro sacramento traditnm, ad nos perueniss=se, pro sacramento per nos tradēdum posteris, ad finē usq; sæculi, pro sacramento uenerandum. Hoc eccle=sia credit, et quod credit, dicit. Hoc inquam, tibi dicit eadem ecclesia, quæ tibi dicit euangelistas scripsisse euangelium. Nam nisi ecclesia diceret euangeliū Io=annis, Ioannis esse, nescires esse Ioanuis. Nō.n. adse=disti scribenti. Cur ergo nō credis ecclesiæ, quum di=cit hæc Christum fecisse, hæc sacramenta instituisse, hæc apostolos tradidisse, quemadmodum credis ei, quum dicit hæc euangelistam scripsisse?

Lutheri ratio.

MATRIMONIVM INQVIT LVTHE=rus, erat apud antiquos patres, erat apud gentiles, et tamen apud neutros matrimonium erat sacramentū, quum tamen apud utrosq;, matrimoniū fuerit, æque uerum, atq; apud nos.

Responsio.

De patribus qui sub lege erāt, et ante legem, non accedo Luthero: imo plane censeo matrimonium fuisse illis sacramentum, sicut fuit et cir cumcisio. De gentibus, alia quæstio est, quorum con=iugium totum pendebat a moribus ac legibus cuius=q; populi, eoq; talia erant apud alias, legitima coniu=gia, qualia haberentur alibi, perabsurda. Qq̄ non desunt, qui conra Lutherum sentiant, etiam gentium coniugium sacramentum esse.

Augustinus Sacramentum cōiugii fuisse apud oēs gentes.

Nam et beatus Au=gustinus ait, q; sacramentum coniugij omnibus gen tibus commune est, sanctitas autem sacramenti, non est, nisi in ciuitate dei nostri, et monte sancto eius.

In quam

In quam sententiam, qui uolet Hugonem de sancto Victore, perlegat. Quanq̃ si coniugium infidelum sacramentum non esset: non sequeretur tamen, quod Lutherus infert, ut ideo, ne fidelium quidem coniugium sacramentum sit. Populus enim dei in matrimonio quiddã habent sanctius, habuitq; semper, et quũ primum institueretur, et quum datis a deo legibus honestaretur. Porro apud gẽtes, quoniã humana tãtum res agebatur, adsciscere sibi coniuges, ac reijcere, pactis ac legibus humanis solebant. In dei populo, iunctos coniugio, non licuit olim diuelli. Nã ꝙ per Moysen deus permisit Hebræis, libellum repudij, Christus fatetur indultum, propter duritiam populi, alioquin, uxores animo suo non satis commodas, interfecturi. Nam ab initio inquit CHRISTVS, non erat sic. Christianos uero, CHRISTVS ad pristinam reuocauit sanctitatem, consecrans matrimonium indissolubili uinculo societatis, excepta fornicationis causa, inter eos, quos non humanus error, sed deus rite coniunxit. Non sequitur igitur, ut si coniugium non fuerit sacramentum gentibus, idcirco sacramentum, aut nunc non sit christianis, aut non fuerit priscis olim patribus. Nã quod ad christianos pertinet, etiam si nusq̃ legeretur, ecclesiæ fides sufficeret. Et tamen unus ille locus ex apostolo, quem Lutherus cauillo conatur eludere, manifeste docet matrimonium, non nunc tantum, sed & olim quoq; in generis humani primordijs, institutum pro sacramento

Hugo de sãcto Victore

Ratio cur fidelium coniugium potius sit sacramentũ: q̃ infideliũ.

cramēto. Quod nemini, opinor, dubium relinquetur, qui locum illum ex epistola ad Ephesios perleget, et cōsyderabit attentius. Quem totum placuit inserere, propterea ꝙ nullius interpretatione poterit res elucere clarius, q̄ ipsis uerbis apostoli, qui tam aperte quod sensit, explicuit: ut ineptis Lutheri calumnijs

Ephesios. v.

nullum reliquerit locum. Ait enim, Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino, quoniā uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres, uiris suis in omnib9. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā: et semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita, et uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unq̄, carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, et de carne eius, et de ossibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhęrebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico, in Christo et ecclesia.

VIDETIS VT beatus apostolus matrimoniū uiri et uxoris docet undiq; sacramētum esse, quod re-

præsentat

præsentat coniunctionem Christi cum ecclesia. Docet enim consecratum a deo matrimonium, ut esset Christi cum ecclesia coniuncti sacramentum, atq; ideo uirum comparat CHRISTO, uxorem ecclesiæ. Virum caput esse dicit eius corporis, quod unum facit cum fœmina. Christum caput esse dicit eius corporis, quod unum facit cum ecclesia. Præcipuam causam facit, cur uir uxorem diligat, non aliam, q̄ ne dissimile signum sit Christi, quem repræsentat, et hanc potiorem causam facit, q̄ communē masculi & femellę naturam, quæ et ipsa potuisset incitare ad diligendum. Mulierem uero, ut uirum timeat, ac reuereatur, eodem exemplo prouocat, nempe, q illa referat ecclesiam obedientem CHRISTO. Quæ quum iterum atque iterum, multis uerbis inculcasset, ne quis hanc uiri cum CHRISTO, et uxoris cum ecclesia collationem, putaret similitudinem esse quampiam, dumtaxat exhortandi gratia desumptam, ostendit rem esse ueram, uerum esse sacramentum, a prophetarum omnium primo, primoq; eius ipsius uaticinio, orbe iam tum recens condito, prenunciatum. Nam quum dixisset. Qui suam uxorē diligit, seipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam, quia mēbra sumus (inquit) corporis eius, et de carne eius, et de ossibus eius. Quæ uerba dixit apostolus, ut nos in memoriam duceret eorum uerborum, quæ uerbis istis similia, dixit Adā, quum in cōspectū eius primū

Matrimonii sacramentū assertum ex Pauli uerbis

Expensa Pauli uerba

adducta

Genesis.iii. adducta est Eua. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et ut euidentius ostenderet apostolus, ad Christi copulam cum ecclesia, pertinere sacramentum coniunctionis Adæ cum Eua, Adæ uerba ipsa subiunxit: Propterea relinquet homo patrem et matrem, et adhęrebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Hoc sacramentũ, inquit apostolus, magnum est in Christo et ecclesia. Quomodo potuisset apostolus euidentius refellisse Lutherum, q̃ his ipsis uerbis, quę Lutherus inepte conatur eludere? qui ex eo quod apostolus dixit, sacramentum hoc magnum esse in Christo et ecclesia, contendit apostolum abstulisse sacramentum a matrimonio uiri et uxoris, tanq̃ si quis ita loqueretur, Sacramentum baptismi magnum est in ablutione animæ, negaret baptismum corporis, esse sacramentum. Aut si quis diceret, Sacramentum eucharistiæ magnum esse in ipso Christi corpore, negaret panis et uini species esse sacramentum, aut si dicat, idem sacramentum esse magnum in Christi corpore mystico, sacramentum detraheret corpori, quod sumpsit de uirgine? Quis unq̃ uidit quenq̃, tam nugace glossemate, tanta se cum gloria iactantem? Nam si apostolus hoc sensisset, & sic uoluisset accipi, ut hoc sacramentum magnum esset dumtaxat in Christo, & ecclesia, neq; pertineret quicq̃ ad uiri & uxoris matrimonium, imminuisset robur et pondus illorum omnium, quibus, illa comparatione duarum cõiunctionũ commendauerat ante, coniugium. Quin alia quoq; ratione

Argutatur inepte Lutherus.

Reiicitur eius argutia

Prima ratio probãs Paulum ad Ephesios. v. sensisse de sacramento matrimonii

tatione nocuisset causæ, quam susceperat, si illa Protoplasti uerba, quæ per se posita, uidebantur cõiuges in mutuum amorem trahere, sic traxisset ad Christũ et ecclesiam, ut nihil pertinere doceret ad uirum et uxorem. Verba illa Adæ, fuisse uaticinium de Christo et ecclesia docet apostolus: et omnes doctores sancti confirmant: et ipsa res ostendit. Nam ad primum Euæ conspectum protulit ea uerba, quibus patri et matri præferebat uxorem, quum ipse neq; patrẽ habuisset neq; matrem, neq; adhuc præceptum procreandi liberos, ut parentum et liberorum collatione cognosceret, quid pater esset, aut mater. Q; si illa protoplasti uerba fuerunt uaticinium de Christo et ecclesia, tunc aut nihil pertinuisse uidẽtur ad matrimonium, quod agebatur, et de quo dici uidebantur, aut illud ipsum matrimonium, uelut illius coniunctionis idoneum signum, ab ipso deo, cuius spiritu formabatur Adæ loquentis os, sacramentum instituebatur: ut eadem uerba possent, et in id, quod agebatur, et in id etiam, quod prænunciabatur, hoc est, in hominum coniugium, et Christi cum ecclesia copulam competere, et tanq̃ unum sacramentum, ex re sacratissima, et eiusdem rei sacro et congruente signo, comprehendere. Præterea, ut liquido patere possit, Lutherum nihil dicere, nõ hoc agit apostolus in illo loco ad ephesios, ut doceret ex illis uerbis, q̃ magnum esset sacramentum, Christus coniunctus cũ ecclesia, sed ut moneret coniunctos matrimonio, ut se sic mutuo gere-

Secunda. ratio.

Tertia. ratio.

rent, ut ipsorum coniugium, rei tam sacræ, cuius sacramentum erat, idoneum et q̃ simillimū sacramentū redderent. Lutherus igitur hoc in loco, uel oscitat ipse, atq; indiligenter et inconsulte legit illum locum, aut quod lectione comperit, impietate dissimulat, quum hunc intellectum, quem attulimus, et quomodo intelligit ecclesia, respondet esse magnæ oscitantiæ, et indiligentis, inconsultæq; lectionis. Ergo Augustinus oscitanter legit apostolum? oscitanter legit Hieronymus? oscitanter omnes, præter unum Lutherum? qui uigilantia sua depræhendit Paulum ipsum non scripsisse sacramentum, sed mysterium? O hominem oculatum, qui uiderit totā ecclesiam latinam, perperam uocare sacramentum, id quod apostolus, dū grece scriberet, appellet mysteriū non sacramentū, quasi ideo latini errarēt, qui rem efferant latine: quia Paulus, in lingua græca, nō utatur latino uocabulo. Q; si, non sacramentū sed mysteriū uertisset interpres, et græcam uocem reliquisset integram, non abstulisset tamen argumentum, quo, ex eo loco apostoli concluditur, matrimonium esse sacramentum, quum id ita esse rei totius doceat circūstantia. Nam ut maxime torqueat mysterij uerbū, nunq̃ tamen efficiet, ut etiam si non statuat sacramētū, ideo tollat ac neget sacramentum: neq; male aut sentire dicetur, aut loqui, qui sic loquatur: Eucharistia magnū est mysterium. Quamobrem, quum nullum sit e sacramentis, quod non idem sit mysteriū, utpote, quod

Lutherus ridicule ridet ecclesiam.

sub

ſub uiſibili ſigno complectitur archanam et inuiſibi=lem gratiam: interpres animaduertens in illis Pauli uerbis ad Epheſios, totius loci ſeriem declarare pla=niſſime id myſterij genus apoſtolũ deſcribere, quod uere ſit ſacramentum, ac præterea uidens, eccleſiã to=tam matrimonium obſeruare pro ſacramẽto, myſte=rium illic, ut debuit uertit ſacramentum. Qui, ſi uer=bum non recte uertiſſet, neq; tam oſcitantes erant le=ctores, aut Hieronymus, aut Auguſtinus, ut uertẽ=tis errorem nõ depræhenderent: neq; tam proni fau=tores coniugij, ut deprẹhenſum ſequerẽtur potius, q̃ caſtigarent: præſertim, quum Auguſtinus græcarũ literarũ peritia non cederet Luthero, et Hieronymus, eius linguæ ſine controuerſia doctiſſimus, adeo uirgi nitati fauerit, ut apud multos, matrimonio parum ę=quus fuiſſe uideretur. Quamobrem, ut omnes facilius intelligant, non eos tantum, quos, per contemptum uocat ſententiarios, a Luthero nunc appellari lecto=res oſcitantes: ſed ueteres etiam eccleſiæ patres opti=mos, et doctiſſimos: audiamus quid ait beatiſſimus AVGVSTINVS: Non tantum (inquit) fœcundi=tas, cuius fructus in prole eſt, nec tantum pudicitia, cuius uinculum eſt fides, uerum etiam ſacramentum nuptiarum cõmendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit apoſtolus: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut et Chriſtus dilexit eccleſiã. Auguſtinus igitur ſacramẽ=tum uocat, quẽ ne dicat Lutherus oſcitanter, et indi=ligẽter legiſſe locũ, iterũ atq; iterũ, alijs atq; aliis ope=ribus

Defenſus in terpres q̃ myſterium uerterit ſa=cramentum

Vide quos appellat Lu therus oſci=tantes le=ctores.

Auguſtinus

ribus in eandem sententiam, eundem locum tractat. Ait enin alibi: Dictũ est in paradiso. Relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ. Quod magnum sacramentum dicit apostolus in Christo et ecclesia. Cur hic non explicat Augustinus illud Lutheri mysterium, errorem esse, ꝙ latini uocant sacramentũ, quoniã græce Paulus appellat mysterium, nõ sacramentum? Augustinus plus millies appellat sacramentum connubij, et sacramentum nuptiarum. Quemadmodum et illic, ubi dicit, ꝙ omne nuptiarũ bonum impletum est in ipsis Christi parẽtibus, proles, fides, sacramentum. Cur hic non admonuit nos non esse sacramentum sed mysterium? Præterea, si uerum dicit Lutherus sacramentum non esse, nisi in Christo et ecclesia, uerum non dicit Augustinus. Nã neqꝫ illud sacramentum bonum est nuptiarum, præsertim ut accipit Lutherus, qui dicit dumtaxat esse mysterium, neqꝫ in Mariæ nuptijs impletum est. Et iterũ super eadem apostoli uerba, dicit Augustinus, Quod in Christo et ecclesia est magnum: hoc in singulis quibusqꝫ uiris et uxoribus est minimum, sed tamen coniunctionis inseparabile sacramentum. Qꝫ si Lutherus dicat non uocari sacramentũ, nisi in Christo et ecclesia, reuincetur etiã ipsis apostoli uerbis, si diligenter expendantur, uel a grammatico. Nã quum apostolus dicat Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et ecclesia. Quod est illud sacramentum, quod magnum est in Christo et ecclesia?

August. de nup. et concu. ad Valerium.

Christus

Christus et ecclesia non potest esse sacramentum in Christo & ecclesia. Nemo enim sic loquitur. Necesse est igitur, ut id sacramentum quod dicit esse magnū, in Christo et ecclesia, sit illa coniunctio uiri cum coniuge, de qua dixerat. Non aliud igitur dicit apostolus, q̄ hoc, id est illa coniunctio uiri et mulieris, magnum est sacramentum in Christo et ecclesia, tanquā sacrum signum in re sacerrima. Deniq;, si pertinaciter neget Lutherus, in illis apostoli uerbis, coniugiū uocari sacramentum, sed tantum Christi copulā cum ecclesia, saltem non negabit istud, quin illa coniunctio uiri et mulieris, signum saltem sit sacræ illius coniunctionis, qua Christus coniungitur cum ecclesia, idq; ex institutione dei, quum primi parentes deo ipso copulante, coniuncti sunt, non autem humano ingenio inuentum postea. Istud saltem quod dixi, Lutherus si neget ex apostoli uerbis patere, negabit impudentissime. Nam hoc, in eo loco tam sæpe, tam aperte dicitur, ut qui non id uideat, cæcum se fateatur oportet. Igitur, si coniugio, quod rem tā sacram significat, constabit etiā conferri gratiam, tunc uelit nolit, cogetur Lutherus, aut coniugiū pro sacramento suscipere, aut omnia prorsus sacramenta reijcere, quum, ipso fatente, signū rei sacræ cū promissione gratię faciant sacramentū. VIDEAMVS igitur an aliquo modo liquere possit, infundi coniugio gratiā. Nam id aperte negat Lutherus. Nusq̄, inquit, legitur aliquid gratiæ dei accepturū, quisquis uxorem duxerit. Honorabile coniugium

Verba Lutheri.
Confutatio

Ad hebręos xii.

In sacramẽto coniugii infundi gratiam.

coniugium inquit apostolus in omnibus, et thorus immaculatus. Thorus macula carere non posset, si coniugium careret gratia. Nec aliunde habet coniugium, ut thorum seruet immaculatum, q̃ q deus, cuius prouidit bonitas, ut nec rebus his, quæ naturali feruntur ordine, (etiam si non ratione tantum, sed etiam sensu careant) quicq̃ deesset eorum, quæ pro cuiusq; captu sint necessaria: simili benignitate curauit, ut coniugio gratiam iungeret, qua quisquis eam nollet abijcere, et fidem debitam seruaret coniugi, et ex commixtione carnali, cuius alioqui fœda concupiscentia macularetur, non solum non contraheret labem, sed etiam proueheretur ad gloriam. Cõiugium enim non haberet thorum immaculatũ, nisi quia gratia quæ infunditur coniugio, uerteret illud in bonum, quod alias esset peccatum. Quod ipsum, et alibi quoq;, quum de mulieris agit officio, paulus designat apertius. Saluabitur inquit, per filiorum generationem. At si tollas coniugium, quid aliud fuerit generatio, per quam, ut apostolus ait, saluabitur in coniugio, q̃ mors, & ęterna damnatio. Nam tolle, inquit beatus Bernardus de ecclesia honorabile cõnubium, et thorum immaculatũ, nonne reples eã concubinarijs, incestuosis, seminifluis mollibus, masculorũ concubitoribus, et omni deniq; genere immundorum? Si igitur, extra coniugiũ omnis generatio dãnabilis est: magna uidetur gratia matrimonij, qui eundẽ actum (si naturã respicis) ex quo maculareris in pœnam, nõ solũ

Secunda ratio.

I. ad Timo. ii.

Bernardus.

solum ita purgat, ut eluat labem, sed etiam sic sanctificat, ut (apostolo teste) reportet præmium. Nec istud habet priuilegium gratiæ, nisi uirtute sacramenti, ab ipso deo, in id consecrati, ut homini ipsius cultori, foret, et in propagationis officium, quum creatus est, et in remedium concupiscentiæ, quum restitutus est. Quanquam ille ipse coniugalis actus, quid esset aliud quam concupiscentia, nisi deus illum faceret remediũ concupiscentiæ, quẽ nunc sancta sacramenti gratia sic fecit concupiscentiæ remedium, ut eos qui gratiæ paternæ substantiam, quam deus infundit coniugio, negligenter nolit (ut filius prodigus fecit) effundere, nõ solum defendat, ne quid aquę furtiuæ sitiant e cisternis alienis, sed etiam ne se inebrient suis, et sobrios haustus efficiant tam salubres, ut in uitam proficiant æternam. Nam et apostolus in illo etiam loco, ubi quantum potuit, hortabatur ad continentiam et uirginitatem, contrariam coniugali generationi uirtutem, tamen matrimonium etiam dei donum fatetur, nimirum ex illis, de quibus dicitur, omne datum optimum, omne donuuı perfectum, desursum est descendens a patre luminum. ET certe donum dei, quod ideo datur, ut qui accipit, in eo uitę statu sit, in quo seruari debeat, ne in eum decidat statum, in quẽ si cadit, pereat: an non habere se docet adiunctã pręseruatricem gratiã? Ad hæc, quum ita dicat apostolus: Si quis frater uxorẽ habet infidelẽ, et hæc consentit habitare cũ illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet

Lucæ.xx.

I.Cor.vii.

Iaco.vii.

Tertia ratio.
I.Cor.vii.

habet uirum infidelẽ, et hic consentit habitare cũ illa, non dimittat uirũ. Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis, per uirum fidelẽ. Alioqui enim filij uestri immũdi essent, nunc autem sancti sunt? An non his uerbis ostendit apostolus, ꝙ quum integra quædam res sit coniugium, postq̃ alterutra pars ad fidẽ conuersa est, sanctitas sacramenti totum sanctificat cõiugiũ, quod prius totum fuit immundum. At cur istud coniugiũ plus haberet sancti, q̃ prius, quatenus coniugiũ est, nisi propter alterius accedentem fidem, accederet cõiugio sacramentalis gratia, quæ, ante baptismũ, qui sacramentorum omnium ianua est, ad infidelium cõiugium non potuit ingredi? Sed prætereamus aplm.

Quarta ratio.

Cõsyderemus huius sacramenti consecratorem deũ. An non ille, quum primos parentes cõiungeret, coniugium benedictione sacrauit? Ait enim scriptura.

Genesis. ii.

Benedixit illis Deus, ac dixit: Crescite et multiplicamini. Cuius benedictio, quum in reliquis animantibus, ad corporis robur, pro cuiusq; captu sit operata: quis dubitet in homine rationis capace, uim gratiæ spiritalis infudisse spiritui? nisi quis deum credat, quũ infimis quibusq; bestiolis fuisset tam benignus, ut ꝑ sua cuiq; natura largitus sit affluenter, homini, quem

Genesis primo.

ad ipsius condidisset imaginem, tam parce manum in benedictione restringeret, ut corporis dũtaxat habita ratione, animam, illud uitæ spiraculum, quod ipse inspirauerat, et qua, maxime repræsentabatur, tãta

ta benedictione, præteriret intactam.

ITERVM, quum Christus homo et idem deus uersatus inter homines, nuptias non solum sua honorauit præsentia, sed etiã nobilitauit miraculo, an non docuit honorandum esse cõnubium? Quod ego certe non uideo, quid honore dignum habere possit absq; gratia. Neq; illum puto ad nuptias fuisse uenturum, nisi uel iam tum haberet aliquid gratiæ coniugium, quod ipsum Christo faceret gratum, uel ut coniugio gratiam ipse conferret. Quin et miraculum, quod operabatur, nos admonere uideo, insipidam concupiscentiæ carnalis aquam, per occultam dei gratiam, in optimi saporis uinum esse conuersã. Sed quid opus est in re tam clara, tot probamenta conquirere, præsertim, quum uel unus ille locus abunde sufficiat, quo Christus ait. Quos deus coniunxit, homo non separet. O uerbum admirabile, et quod nemo potuisset effari, præter uerbum quod caro factum est. Quis non putasset abunde satis esse, q primos homines, initiũ generis coniunxisset deus? Atq; id ipsum fuerat in tãta deitatis maiestate, nulli non admiranda benignitas. At nunc, ueritate referente didicimus, quicunq; legitimo coniugio copulantur, eos non temere, neq; mortalium dumtaxat cerimonijs, sed ipso deo inuisibiliter adsistente, et insensibiliter cooperante coniũgi. Atq; ideo uetitum, ne quos deus iunxit ullo separentur ab homine. O uerbum non admiratione magis, q̃ gaudio pariter et timore plenum. Quis non læ-

Quinta ratio.

Ioãnis. ii.

Eodem.

Ratio sexta.

Matthæi. xix.

Repudii ius ademptum coniugibus ab ipso Christo.

tetur deo tãtę curę esse suũ coniugiũ, ut nõ solũ inter=
esse, sed etiã pręesse dignetur? Quis non inhorrescat,
dũ dubitet quomodo debeat tractare coniugẽ, quam
non solum teneatur amare, sed etiam sic conuiuere, ut
puram et sine macula possit deo, quo tradente recępit,
reposcenti reddere? Igitur, quum deus ut dicit ipse,
coniungat omnes, quis ab illo credet coniugio nõ in=
fundi gratiam? An qui semper copulat, semel dumta
xat benedixit? Cur iungendi resumit officium, nisi
credatur et benedicendi repetere? An sanctissimum
Ioãnis. iiii. illum spiritum, quem in spiritu et ueritate oportet a=
dorare, putandum est assidue subire ministerium co=
pulandorum coniugum, copulæ tantum cura carna=
lis? Certe quod ad eã rem attinet, sufficeret deo, si ge=
nus humanum, quemadmodum cætera animalia, na=
turæ ab ipso inditæ, et hominis uicio corruptæ relin=
queret. Sanctius igitur aliquid subesse oportet, ultra
carnis propagandæ curam, quod augustum illud dei
numẽ in cõiugio peragat, id est haud dubie, quod an=
tistes sacramentorum omnium coniugibus infundit,
in coniugio consecrando gratiã. Ergo, quum tot mo=
dis probauimus conferri in coniugio gratiam, coniu=
gium uero sacræ rei signum esse patet et ex apostolo,
quod signum, quum gratiam, sicut ostendimus, adiũ=
ctam habeat, figura dumtaxat esse non possit: conse=
quens est, ut inuito Luthero, coniugiũ sacramentum
sit, etiã si sacramenti nomine (quod tamẽ facit) nõ ap=
pellaret apostolus. Sed quis unq̃, aut ueterũ aut nouo
rum

rū, nisi quos explosit ecclia, matrimoniū dubitauit ap
pellare sacramētū? In quo uno, quod Hugo de sancto Hugo de sãcto Victore
uictore cōmemorat, duplex inuenere signū, nā et cōiu
giū ipsum sacramētū est illius societatis quę in spiritu
est, inter deū et animā, officiū uero cōiugij sacramen=
tum est illius societatis, quę in carne est, inter Christū
et ecclesiam. Nam si magnū est, inquit, quod in carne
est, multo magis utiq; est, quod in spiritu est. Etsi re=
cte per scripturam sanctam deus sponsus dicitur, et
anima rationalis sponsa uocatur, aliquid profecto in=
ter deum et animam est, cuius id, quod in coniugio
inter masculum et fœminam constat, sacramentum et
imago est. Sed forte, ut expressius dicā ipsa societas,
et quæ exterius in coniugio, pacto fœderis seruatur,
sacramentum est, et ipsius sacramenti res est dilectio
mutua animorum, quę ad inuicem societatis et fœde=
ris cōiugalis uinculo custoditur. Et hęc rursus ipsa di=
lectio, qua masculus et fœmina in sanctitate cōiugij,
animis uniūtur, sacramentū est, et signū illius dilecti=
onis, qua deus animę rationali intus ꝑ infusionē gra=
tię suę, et spiritus sui participationē, cōiūgitur. Hacte
nus Hugo. Quāobrē, quū nō solū publica fides eccle=
się tot āte nos sęculis, ac uetusti patres scripturarū sci=
entia et uitę meritis insignes, sed ipse etiā beatus apl's
et doctor gentiū paulus, matrimoniū habuerint pro
sacramēto, quod honorabile faciat cōnubiū, & thorū
per gratiam non solum seruet immaculatum ab adul=
terio, sed et abluat immundiciam libidinis, et aquam

conuertat

conuertat in uinum, sanctamq́ procuret uoluntatē a licitis nonnunq̄ abstinendi complexibus: nō uideo, quid contra, Lutherus possit afferre, nisi q̄ hęretici (ut beatus ait Bernardus,) pro libitu quisq́ suo, sacramēta ecclesiæ tanq̄ matris uiscera, dente uipereo, certatim inter se dilacerare contendunt.

Bernardus

DE SACRAMENTO ORDINIS.

IN SACRAMENTO ORDINIS NVLlo procedit ordine, sed hinc, atq́ inde colligēs omnes malitiæ suæ thęsauros effundit, animum ostendit egregie uersum ad nocendū, si respondeant uires, proponit multa, asserit atq́ affirmat pessima, sed omnia sat habens dicere, nihil prorsus ulla ratione cōfirmat. Qua ex re uidere licet, insignem hominis impudentiam, qui quum toti credere non dignetur ecclesiæ, nisi rationem reddēti suæ fidei, sibi ut credatur uni, sine ratione postulet, idq́, de rebus eiusmodi, de quibus, quid credat cognoscere, nisi ecclesia docente, non potest. Et tamen sic postulat sibi credi, quomodo, si quis credat non aliud agat, q̄ ut totam confundat, atq́ pessundet ecclesiam. Nam quid aliud molitur, qui conatur tollere sacrosanctum sacramentum ordinis, q̄ ut postq̄ mysteriorum ministri uiluerint, incipiant, utpote etiam, quæ per uiles ministrentur, uilescere sacramēta. Quem unū scopū, toto petit opusculo.

Insignis Lutheri impudentia.

Machina Lutheri depræhensa.

lo. De ordine igitur, quia nullo procedit ordine, colligemus hinc inde Lutheri dogmata, ut aceruum illum malorũ, lector semel habeat sub oculis, quo cõspecto, nõ erit (opinor) multũ insumendũ operę, ut illum coarguamus, cuius impiam doctrinã uidebunt omnes, eo, recta contendere, ut omnem Christi fidem, possit infidelitate peruertere. Quid enim destinat aliud, qui decernit inter laicos et sacerdotes, nullum esse discrimen sacerdotij, omnes ex æquo presbyteros esse, omnes eandẽ habere potestatẽ, in quocunq; sacramento? Sacerdotibus sacramentorũ ministerium, nõ nisi laicorum consensu committi? Sacramentũ ordinis nihil aliud esse posse, q̃ ritum quendã eligendi concionatoris in ecclesia? Quicunq; non prædicat, eum non esse sacerdotem, nisi equiuoce, quemadmodũ homo pictus, est homo. Qui sacerdos est, rursus fieri posse laicum. Characterem enim, nihil esse. Ordinẽ deniq; ipsum (qui uelut sacramẽtum, homines in clericos ordinat, qui prædicare nesciunt) esse uere, mere, omninoq; figmentum ex hominibus natũ: nihil de re ecclesiastica, de sacerdotio, de ministerio uerbi, de sacramẽto intelligentibus. Postremo sanctus iste sacerdos (ut q̃ castus ipse sit, coniecturã præbeat) tanq̃ errorẽ summum, et summam cæcitatẽ ponit, et captiuitatẽ maximam, q; sibi sacerdotes indixerint cœlibem castitatem. Et quum Christus eos laudet eximie, qui se castrauerunt ob regnũ cęlorũ: antichristus iste spurcissimus, eosdẽ cõparat euiratis olim Cybelis deę sacerdotibus

Obserua quo tendat Lutherus.

Lutheri noua dogmata

Sacerdotũ cœlibatum damnat Lutherus.

Matthæi xix.

tibus Idololatris. Iam dudū scio, aures pij lectoris exhorrent impium hunc dogmatū perniciosorum catalogum, quorum fere quoduis magis fœtum est hæresibus, q̄ fuisse fertur equus ille troianus armatis. Sed omnium, ueluti quidā fons est, q ordinē negat esse sacramentum, quo obstructo, cæteros necesse est riuulos exarescere. Hoc sacramētū, inquit, ecclesia Christi ignorat, inuentumq; est ab ecclesia papæ. Hæc pauca uerba, non paruum habent et falsitatis et absurditatis aceruum. Nam et ecclesiam papæ, discernit ab ecclesia Christi, quum papa sit eiusdē ecclesię pontifex, cuius et Christus. Ait ecclesiam inuenisse, quod non inuenit, sed accępit institutū. Ait ecclesiam Christi, hoc ignorare sacramentum, quum satis constet nullā fere mnudi plagam esse, quæ rite profitetur fidē Christi, quin ordinem habeat pro sacramento. Nā si posset obscurum aliquem angulū reperire (quod opinor non potest) in quo nesciatur sacramentum ordinis, tamen angulus ille non esset cum reliqua comparandus ecclesia, quæ nō Christo solum subest, sed et propter Christum, unico Christi uicario, papæ romano, & ordinem credit esse sacramentū. Alioqui si perstet in eo Lutherus, ut ecclesiā papæ discernat ab ecclesia Christi, et apud alterā, dicat ordinem haberi pro sacramēto, non haberi apud alteram, proferat illā ecclesiam Christi, quæ contra fidem papalis (ut uocat) ecclesiæ, ignorat sacramentum ordinis. Interim certe perspicuū est, quū dicat hoc sacramentū ignorari ab ecclesia

Lutheri uerba: sed uide q̄ absurda.

Luthero alia est papalis ecclesiia. alia Christi.

Christi

Christi, et de Christi ecclesia, dicat eos, quibus præsidet papa, non esse: utraq; ratione ab ecclesia Christi eū segregare non Romā tantū, sed Italiam totā, Germaniā, Hispanias, Gallias, Britannias, reliquasq; gentes omnes, quæcunq; romano pontifici parent, aut ordinē pro sacramento recipiūt. Quos populos omnes quū de Christi tollat ecclesia, necesse est ut aut ecclesiam Christi fateatur esse nusq̄, aut more donatistarū, ecclesiam Christi catholicam, ad duos aut tres hæreticos redigat de Christo susurrantes in angulo. Sed uelut ineuitabile telum promit, quod hoc sacramentū nullam habeat promissionē gratię, ullibi ut inquit positam, cuius sacramenti, uel uerbo meminisse negat, totum nouū testamentum, et ridiculū ait asserere pro sacramento dei, quod a deo institutū, nusq̄ potest monstrari, nec licet inquit, astruere aliquod diuinitus ordinatum, quod diuinitus ordinatū nō est: sed conandū est, ut omnia nobis claris, inquit, scripturis sint firmata. Vtrum in nouo testamento, nulla prorsus fiat huius sacramenti mentio, post executiemus. Interim sic agam cum illo, tanq̄ nulla prorsus mentio fieret. Nam eodem telo se sperat omnia ferme sacramēta perfodere. Aduersus quod telum, ego in scutū, mihi idipsum ferrum coniiciam, quod Lutherus ipse fatetur impenetrabile. Sic enim se habent ipsius uerba. Hoc sane habet ecclesia, q; potest discernere uerbum dei, a uerbis hominum, sicut Augustinus confitetur se euangelio credidisse, motū authoritate ecclesiæ, quæ

Lutheri ecclesia, ea q̄ dicitur malignantium Lutheri uerba.

Lutheri uerba. Augustinus

quæ hoc esse euangelium prædicabat. Igitur quum istud habeat (ut Lutherus fatetur) ecclesia, q͞p uerbum dei discernere potest a uerbis hominum, certum est istud non aliunde haberi, q̃ a deo: nec ob aliam causam, q̃ ne in his erraret ecclesia: in quibus non erratũ esse oporteat. Sequitur igitur ex hoc fundamento, quod nobis substrauit Lutherus, ut ecclesia habeat a deo, nõ id solũ quod cõcedit Lutherꝰ, discretionẽ uerborũ dei, a uerbis hominũ: sed etiam discernendi facultatem, qua in scripturis diuinis, diuinum sensum ab humano discriminet. Alioqui enim, quid profuerit, si ecclesia (deo docente) scripturã ueram discernat a falsa: et in scriptura uera, falsum sensum non discernat a uero? Deniq; eadem ratione, et istud sequitur, ut et in his, quę non scribuntur, ecclesiam suam doceat deus, ne per errorem possit falsa pro ueris amplecti: quum ex ea re non minus impendeat periculi, q̃ si uel scripturas hominum teneat pro uerbis dei, uel e ueris dei uerbis, falsum eliciat sensum: præsertim, si falsa suscipiat sacramenta pro ueris, et traditiones hominũ pro traditionibus dei, imo non traditiones hominum, sed figmenta diaboli: si suam spem in fictis, ac uanis corporalium rerum signis, (quemadmodum magi faciunt) ecclesia Christi, uelut in Christi sacramentis, collocet. Liquet ergo manifeste ex eo, quod fatetur Lutherus, ecclesiã hoc habere, nt uerba dei discernat a uerbis hominũ: Hoc quoq; non minus habere, ut traditiones dei discernat a traditionibus hominum

Victus ex suis ipsius uerbis Lutherꝰ

minum: quum alioqui, utrobiq; possit ex æquo uitandus error exoriri, nec id agat Christus, ne ecclesia sua hoc aut illo erret modo, sed ne erret ullo. Errare uero, maiore cum iniuria Christi non possit, q̄ si fiduciam in illo ponendā solo, ponat in signis, nulla prorsus fultis gratia, sed omni bono fidei uacuis atq; inanibus. Non igitur errare potest ecclesia, in suscipiendis sacramentis fidei, non magis inquam, q̄ errare potest in suscipiendis (qua in re ecclesiam errare nō posse fatetur Lutherus ipse) scripturis. Quæ res, si se haberet aliter, multa sequerentur absurda. Sed hoc in primis, quo nihil esse potest absurdius: q̄ plæraq; omnia fidei christianæ dogmata, tot stabilita sæculis, ad succrescentium hæreticorum libidinem, denuo reuocarentur in dubium. Nam si nihil haberi pro certo debet, nisi quod scripturis et iisdem (ut Lutherus ait) claris firmatum est, non solum non assereremus diuæ Mariæ uirginitatem perpetuam, sed et inexhausta suggeretur fidei oppugnandæ materia, si cui unq̄ libeat aut nouas excitare sectas, aut resuscitare sepultas. Nam paucissimi fuerunt hæretici, qui non receperint scripturas: sed omnes fere ex eo, sua statuebant dogmata, q̄ aut ea contenderent esse firmata scripturis: aut quum illis uiderentur rationi consentanea, cōtrarium non definiri scripturis: quoniam ea, quæ ꝓponebantur aduersus suam sectam, aliter cōtendebāt intelligi, q̄ orthodoxa intelligebat ecclesia: et ne clara dici possent, aut alio excogitato sensu, aut prolatis

Plærosq; omnes hæreticos scripturis niti.

q aliunde

aliunde ex eadem ſcriptura locis, in ſpeciem ualde cō=
trarijs, omnia ſic turbarunt, ut uiderentur ambigua.
Itaq; aduerſus Arrium, niſi publica ſtetiſſet fides ec=
cleſiæ: haud ſcio, an defuiſſet unq̄ de ſcripturis diſpu
tandi materia. NVNC, quoniam ex ipſius Lu=
theri fundamento, probauimus: ſacramenta, quæ
credit eccleſia, non aliunde q̄ a deo potuiſſe conſti=
tui, etiam ſi nihil inde prorſus in ſcriptura legeretur:
uideamus, an ſcriptura tam nullam omnino mentio=
nem faciat huius ſacramenti. Omnes una uoce faten=
tur, apoſtolos in cœna domini ordinatos in ſacerdo=
tes. Solus iſtud Lutherus negat, quū plane conſtet
illic, datam poteſtatem conficiendi corporis Chriſti,
quod ſolus conficere ſacerdos poteſt. At non eſt in=
quit ille, ſacramentum: quia non fuit illis ulla promiſ=
ſa gratia. Vnde id nouit Lutherus? quia non legitur
inquit. Familiaris eſt iſta Luthero cōſequentia. Non
eſt in euangelio ſcriptum, ergo non eſt a Chriſto fa=
ctum: quam colligendi formam, infirmat Euange=
liſta, quum dicit: Multa ſunt facta, quæ non ſunt
Ioānis.xxi. ſcripta in libro hoc. Sed tangemus tamen Lutherum,
aliquanto propius. Euchariſtiam concedit eſſe ſa=
cramentum: quod niſi fateretur, inſaniret. At ubi
repperit in ſcriptura promiſſam in illo ſacramēto gra=
tiam? Nam ille nihil recipit, niſi ſcripturas: et eaſdem
claras. Legatur locus de cœna dominica, nō reperiet
apud ullum euangeliſtarum in ſuſceptione ſacramen=
ti, promiſſam

ti, promissam gratiam. Legitur a Christo dictum. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: quibus uerbis significauit semet in cruce per passionem redempturum genus humanum, sed quum dixit ante, Hoc facite in meam commemorationem: nullam hoc facienti, id est sacerdoti cõsecrãti, aut eucharistiã recipienti, gratiam ibi ꝓmittit, nullam peccatorum remissionẽ. At nec apostolus in epistola ad Corinthios, quũ interminetur male manducantibus iudicium, ullam mẽtionẽ facit de gratia bene mãducantiũ. Quod si quid, ex capite sexto Ioãnis, gratiam promittat suscipienti sacramentũ carnis et sanguinis domini, ne id quidem quicq̃ iuuare Lutherũ potest, quippe, q totũ illud caput negat ad eucharistiã quicq̃ pertinere. Videtis ergo, ut istã ꝓmissionẽ gratię, quam pro totius sacramẽti fundamẽto, magnifice nobis in toto ꝓmisit opere, non potest in eo tueri sacramẽto, quod fere solũ relinquit, nisi (quod necesse habet) pręter scripturæ uerba, recurrat ad ecclesiæ fidem. Igitur quemadmodum satis est nobis, ꝙ in Euangelio legimus: conficiendi sacramenti potestatem cõmissam his, in quorum locum succedunt sacerdotes: ita satis est, ꝙ ab apostolo legimus consilium datum Timotheo: ut nemini cito manum imponeret: quæ loca plane significant ordinationem sacerdotum, non consensu communitatis, quo solo interueniente fieri sacerdotem posse Lutherus ait: sed sola ordinatione episcopi, idq; certa impositione

Matthæi xxvi.

I. ad Corin. xi.

I. Timo. v.

impositione manuum, in qua, per exterius signū, deus infunderet interiorem gratiam, de qua gratia, quid obstat, quo minus credamus ecclesiæ dei uiui, quæ

I. Timo. iii. est (ut ait apostolus) columna et firmamentum ueritatis, quando eidē ecclesiæ, necesse est ipse credat Lutherus, de gratia promissa in sacramento eucharistię. Nam in hac fide cognoscitur, aut illius gratiæ promissio, aut certe sine promissione, donatio.

DEMIROR profecto tam uecordem esse quēq̄ ut dubitet, an sacerdotibus euangelicis in ordine cōferatur gratia, quum passim legantur plurima quæ significare uidentur, etiam ueteris legis sacerdotibus

Exo. xxviii. gratiam esse collatam. Nam Aaron, inquit deus, et filios eius unges, et sanctificabis eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Alioqui enim, quid profuisset exterior sanctificatio in cultum dei, nisi deus pariter infudisset gratiam, qua sanctificarentur interius? atq; id quoq; per Christum, cuius uēturi fides, robur & uim potuit indidisse sacramentis præcedentibus, sicut capacem fecit populum iudaicum consequendæ aliquādo salutis æternæ? Verum si quis id non admittat, ueteris legis sacerdotio collatam gratiam: certe non est, cur grauetur tamen, admittere gratiam sacerdotibus euangelicæ legis infundi, quia iam per Christi passionem, uenit plenitudo gratiæ.

Actorū. xiii. IN ACTIS apostolorum, quum Barnabas

bas ac Paulus segregarentur in opus, in quod eos spiritus sanctus accersiuit, non ante dimissi sunt, q̃ impositis manibus ordinati sunt. At cur obsecro manus eis imposuerunt apostoli? an ut corpus inani tactu pulsarent, nulla spiritali gratia prodessent animae?

In sacramẽto ordinis conferri gratiam.

Quomodo potest ergo Lutherus hoc sacramentum dicere ecclesiae Christi esse incognitum, quo nulla natio Christiana non utitur? Quomodo potest appellare nouum, quod instituit CHRISTVS, quod in usu habebant apostoli? At nunq̃, inquit, appellatum est sacramentum apud ueteres doctores usq̃, excepto Dionysio. Nihil enim prorsus in reliquis patribus, de istis sacramẽtis legimus, inquit, nec sacramenti nomine censuerunt, quoties de his rebus loquuti sunt. Recens enim est inuentio sacramentorũ. Egregia sane ratio est ista Lutheri, quae et manifeste falsa est, et si foret uera, nihil tamen efficeret. Nam si ueteres de re fortassis olim nõ controuersa, nihil scripsissent omnino, aut si quum scriberent aliquid, rem proprio tamen non communi sacramentorum nomine designassent, non necessario colligeretur ex eo, aut ordinem non fuisse prorsus, aut non fuisse sacramentum. Nam si quis baptismum uocet baptismum, nec addat sacramentum, dicetur ideo non habuisse baptismum pro sacramento? Preterea si solus ex antiquis patribus Dionysius ordinem scriberet esse sacramentum, uel satis esset ad euertendam Lutheri obiectionem, qua uideri uult inuentionem sacramẽtorum nouam

Confutatur ratio Lutheri.

uam esse: repugnat enim esse nouum, quod ab illo fatetur scriptis compræhensum, quem fatetur antiquū. Atq; istud quidem uerum esset etiam, si talis esset sacer Dionysius, qualem eū depingit sacrilegus Lutherus, qui ferme nihil in eo dicit esse solidæ eruditionis, nihil eorum quæ scribit, aut authoritate quicq̄, aut ratione probari, sed omnia esse illius meditata, ac prope somnijs simillima, quæcunq; in cœlesti scribit Hierarchia. In theologia mystica, quam sic inflant (inquit) ignorantissimi quidam theologistę, est (inquit) etiam perniciosissimus, plus platonizans q̄ christianizans. In qua, inquit, Christum adeo non disces, ut etiam si scias, amittas. Expertus (inquit) loquor, hoc est (ut opinor) expertus est ibi se Christum perdidisse, demū in ecclesiastica Hierarchia, quid facit, inquit, nisi q̄ ritus quosdam ecclesiasticos describit, ludens allegorijs. Deniq;, ut ostenderet in re q̄ leui diuus Dionysius luderet operam: An mihi putas, inquit, difficile esse, in qualibet re creata allegorijs ludere? Mihi non fuerit operosum meliorem Hierarchiam scribere, q̄ Dionysij sit. Quis patienter ferat in uiri sancti pios labores sic debacchantem rabulam, quæ uere meritoq;, in sui similem debaccharetur hæreticum? Nam et indoctum uocat, et ludicrum, et scribentem non tantū somnia, sed etiam perniciosa, et Christum destruentia dogmata. Quæ tamen omnia conuitia sancto uiro cedunt in gloriam, cuius opera omnia, uel hoc abunde demonstrat

Sacrilegi Lutheri, cōtumelia in sacrum Dionysium.

Ad Lutherū (si Luthero credas) nihil est diuus Dionysius.

demōstrat esse bona: ꝙ uiro malo displiceāt. Nā quæ consortia luci cum tenebris, CHRISTO cum Belial? At ꝙ e pijs uiri sancti libellis nihil pietatis hausit, impium ipsius caput erat in causa, quandoquidem uere scribit Horatius. Syncærum est nisi uas, quodcunq; infundis, acescit. Nam ꝙ ait sibi non operosum esse meliorem Hierarchiam scribere, quam fuerit illa Dionysij, postquam scripserit, tum istud iactitet. Interea uero, rem aggreditur multo magis operosam, Hierarchiam alteram, quæ supra firmam fundata est petram, demoliri. Longius aliquāto nos auexit indignatio, qua moleste ferimus in uirum sanctum, ab impio euomita, tam contumeliosa conuitia. Verum (ut cœpi dicere) etiam si solus Dionysius docuisset ordinem esse sacramentum, suffecisset illud ad reuincendum Lutherum, asserentem nouam esse inuentionem sacramentorum. Quum Dionysium nō solum Lutherus fateatur antiquum, sed et totus orbis christianus ueneretur ut sanctum. Cui ꝙ Lutherus irascitur, non aliud facit, q̄ sola malicia, qua nihil ferre potest, quod impijs ipsius heresibus aduersatur. At nunc ut plane liqueat q̄ uanus undique sit Lutherus, ostendam non solum Dionysium, sed etiam Gregorium, et quem sibi patronum Lutherus mētitur Augustinum, ordinē habuisse pro sacramento. Præterea characterē (quem Lutherus irridet) indelebilē, etiam si non uocetur nomine, re tamē aperte

Horatius.

Lutherus cur irascatur Dionysio.

aperte describi, et ab Hieronymo in sacramento baptismatis, et rationem eius haberi ab Augustino in utroq; sacramento, tam baptismi, q̃ ordinis. Incipiam igitur a Hieronymo de charactere baptismatis, ut appareat manifestius character ordinis, quem et Augustinus et Gregorius, ob indelebilem characterem, cum baptismo cōparant. Igitur super illa Pauli uerba ad ephesios: Nolite contristari spiritum sanctū dei, in quo signati estis, in die redēptionis: Hieronymus in hunc scribit modum: Signati autem sumus spiritu dei sancto, ut et spiritus noster et anima imprimatur signaculo dei, et illam recipiamus imaginem et similitudinem, ad quam, in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus, iuxta eloquium saluatoris deo imprimēte signat: Hunc enim, ait, signauit pater deus. Et paulo post: Idcirco signatur, inquit, ut seruet signaculum, et ostēdat illud in die redemptionis purum atq; syncærum, et nulla ex parte mutulatum, et ob id remunerari ualeat cum ijs, qui redempti sunt.

Ephesios. v.

Hieronym⁹ pro charactere.

Quicunq; scripsere de sacramentorū charactere, nullis unq̃ uerbis apertius expressere characterem (quem animæ, per sacramenta imprimit deus) q̃ uerbis his beatus expressit Hieronymus, non humano figmento (ut Lutherus fingit sacramentorum execrandus irrisor) sed solidis scripturæ sacræ testimonijs. Character enim est illa qualitas animæ, quam deus sibi notam, nobis incogitabilem, imprimit, in signaculum quo suum gregem discernit ab alienis, quod signaculum,

Character quid sit.

lum, etiam si uitijs maculent, et e candido reddant atrum, ex integro mutulum, e purissimo reddāt impurum, nunq̄ tamen ita poterunt eradere, quin illo characteris impressi signaculo, in cuius gregē signati sint, orbi toti maneant in iudicij die cognobiles. Nec alia ratione, tam constanter obseruat ecclesia, ut quū alia sacramenta toties iteret (quod in eucharistiæ sūptione facit ac pœnitentia, coniugio, et unctione lāguentium) baptisma, confirmationem, atq; ordinem nunq̄ iterari permittat. In ijs enim sacramentis, sancto docente spiritu, didicit ecclesia characteris cōferri signaculum, quod quum deleri nō possit, iterari nō debeat. Sed ut manifeste pateat, ordini hac in parte parem esse cum baptismo conditionem: audiamus quid ait Gregorius. Quod dicitis (inquit) ut qui ordinatus est iterum ordinetur, ualde ridiculum est. Vt enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel, in eodem ordine nō ualet iterum consecrari. Videtis, ut ordinis sacramentū nō magis iterari patiat̃ eccl'ia, q̄ sacramētū baptismatis, quæ res, ut dixi, pendet ab indeleto charactere. Qua de re, ut os obstruamus Luthero, ne rursus obganniat, figmentū esse characterem, et solum ex antiquis Dionysium, ordinem uocasse sacramentū: subiūgemus, ut polliciti sumus hac de re, etiam diui Augustini sententiam. Is igitur, quum de baptismo et ordine disserit, in hunc modum scribit. Vtrunq; enim sacramentum est, et quadā consecratione utrunq; ho-

In quibus sacramētis imprimatur character.

Gregorius.

Augustinus

Non esse iterandum ordinis sacramentum

mini datur: illud, quum baptizatur, et illud, quum ordinatur. Ideo, non licet in ecclesia catholica utrumq; iterari. Nã si quando ex hæreticorum parte uenientes etiã præpositi, p bono pacis, correcto schismatis errore suscepti sunt, et si uisum est opus esse, ut eadẽ officia gererent, quæ gerebant: non sunt rursus ordinãdi, sed sicut baptismus in eis, ita mãsit ordinatio integra, quia in præcisione fuerat uitiũ, non in sacramentis: q̃ ubicunq; sunt, ipsa sunt. Et paulo post. Neutri sacramento facienda est iniuria. Et addit de sacramento ordinis: Sicut nõ recte habet, qui ab unitate recedit, sed tamen habet, sic etiam non recte dat, qui ab unitate recedit, et tamen dat. Et rursus ad utrũq; reuersus adiecit. Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi et ecclesiæ, quia eis illicite utuntur nõ modo hæretici, sed etiã omnes impij, sed illi corrigendi sunt, et puniendi, illa autem sunt agnoscenda et ueneranda. Videtis nũc q̃ uerũ sit illud, quod Lutherus tanta iactauit audacia, sacramentũ ordinis ecclesiã Christi nescire. Characterem inane figmentũ esse. Sacramentorũ inuentionem nouã esse, Ordinem, ueteribus nõ habitũ pro sacramento. Quorũ omniũ nihil dixit, quod non uidetis eorũ testimonio reprobatũ, quos neq; de Christi ecclesia potest eximere (ut pote quam illi & doctrina fidei, et exemplo uirtutis illustrarũt) neq; inter nouos numerare, nisi talis sit, ut ei mille sint anni, tanq̃ dies unus. SED ille tamen, aduersus omnes omniũ rationes, authoritatẽ, fidem: uno se tuetur argumento.

mento. Omnes, inquit, sumus sacerdotes secundum il lud Petri: Vos estis regale sacerdotium et sacerdotale regnum. Sed alius alio nō potest magis esse sacerdos, quemadmodū, alius alio nō potest magis esse homo. Igitur sacerdotes qui uocātur, nihil sunt aliud, q̄ laici quidam, solo uel consensu populi, uel episcopi uocatione, non absq; populo delecti ad concionandum: et ordo nihil est aliud, q̄ merum sine sacramento ministerium. Recensuimus eius argumentum non solū fideliter, sed etiam liberaliter adijcientes, quod fulciat, et tamen cui non excutiat risum, tam hębes theologantis argutia? Nam si ideo nihil est ordo sacerdotij, quia quilibet Christianus est sacerdos, eadem ratione sequet᷑, ut nihil supra Saul habuerit Christus. Nam et de Saul dixit Dauid: Peccaui tangens Christum domini. Nihil habuerit Christus supra quenq̄ eorum, de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos. Nihil deniq; supra quenquam deus, eorum omnium, de quibus per prophetam dixit ipse: Ego dixi, dij estis et filij excelsi omnes. Postremo, qua ratione Christiani omnes sacerdotes sunt, eadem etiam ratione, reges sunt. Non enim, solum dicitur Vos estis regale sacerdotium, sed etiam sacerdotale regnum. Sedulo consyderandum est, serpens iste quid destinet, quem ego certe callidiorem puto, q̄ ut ullius esse momenti putet tam friuolum argumentum: sed qui tantum ideo lambit, ut mordeat, laicos ideo tollit in sacerdotium, ut sacerdotes redigat in

Lutheri uerba. I. Petri. ii.

Lutheriani sacerdotes laici.

Plūbea Lutheri ratio.

I. Re. xxiiii

Psal. C.

Nemo Luthero rex quia illi omnes sunt reges.

classem laicorum. Nam sacramentum esse negat, & ritum tantum esse dicit eligendi concionatoris. Nā qui

Lutheri uerba.

non cōcionātur, nihil minus ait esse q̃ sacerdotes, nec aliter sacerdotes esse, q̃ homo pictus est homo, cōtra

I. Timo. v.

Paulum apostolum, qui ad Timotheum scribens ait. Qui bene præsunt præsbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in uerbo et doctrina. Apostolus hic manifeste docet, q̃q̃ ij præcipue duplici honore digni sunt, qui quū præsbyteri sint, laborant in uerbo et doctrina. tamen et qui hoc non faciunt, non solū esse præsbyteros, sed et bene præesse posse, et duplicem quoq; honorem promereri. Alioqui non dixisset, maxime qui laborant in uerbo et doctrina, sed solum ij qui laborant in uerbo et doctrina. Præterea ne possit dicere Lutherus id quod dicit, officium sacer

Lutheri uerba.

dotis erga populum nihil esse, nisi prædicare: nā missas, inquit, canere nihil est aliud, q̃ communicare seipsum, hoc inq̃ ut appareat q̃ falsum sit, rursus audia-

Ad hebræ. v

mus apostolum. Omnis, inquit, pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his q̃ sunt ad deū, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. An non apostolus aperte declarat, etiam pōtificis officium istud poscere, ut pro hominibus offerat sacrificium deo, quod quum scribat, q̃q̃ hebræis, tamē christianis, quos nolit iudaizare, clarum est loqui de pontifice legis utriusq;, atq; ideo bis, Lutherū suo premere testimonio. Nam et missam docet esse sacrificium, et offerri pro populo, quum ecclesia nullum offerat a-

liud

liud, et docet offerendi officium præcipuam partem esse muneris pontificij. Et certe, nisi falsum esset, quod dicit Lutherus, facile uidetis consequi, ut quum nemo nisi sacerdos possit consecrare corpus domini, si e tot sacerdotum millibus, qui concionari nesciūt, nullus uere sacerdos est, sed tantum uocatur equiuoce, quemadmodum homo pictus, uocatur homo, totus christianus orbis clerum populumq; ferme nō habet alium, q̄ idololatras, panem pro Christo colentes, et genua sua curuantes ante Baal.

IN ELIGENDI (ut uocat) ritu, præcipuum ius tribuit populo. Nam licet uno loco tribuere uideatur episcopo aut populo ius promiscuum: quum dicit, φ q̄q̄ certum sit omnes christianos equaliter esse sacerdotes, et eandē in uerbo et sacramento quocūq; habere potestatem, non licere tamen, quenq̄ hac ipsa uti, nisi consensu communitatis, aut uocatione maioris: alio tamen loco, superiores partes tribuit populo, quum de sacerdotibus dicit. Qui si cogerentur admittere nos omnes equaliter esse sacerdotes, quotquot baptizati sumus, sicut reuera sumus, illisq; solum ministerium, nostro tamen consensu, permissum: scirent simul, nullum eis esse super nos ius imperij, nisi quantum nos sponte nostra admitteremus.

QVAE DVO LOCA si conferantur, ostendunt hoc sentire Lutherum, ut populus absq; episcopo possit

po possit ordinare sacerdotem, episcopus sine populi consensu non possit, quum dicit sacerdotibus solum ministerium, nec id tamen, nisi populi consensu permissum. Nam si hoc uerum est, sacerdos fieri, nisi populi consensu non potest, cuius consensu solo, dicit olim præfectos ecclesijs episcopos. Negari non potest, inquit, ecclesias olim a senioribus fuisse rectas absq; istis ordinationibus et consecrationibus, propter ætatem et longum rerum usum in hoc electis. Lutherus ubi ista repperit, ostēdat ipse, mihi interim uera non uidentur. Nam si laicus quisq;, ęqualem habet potestatem cum sacerdote in quocunq; sacramento, et ordo sacerdotij nihil est, cur ita scribit apostolus Timotheo? Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Et alibi ad eundem. Admoneo te, ut resuscites gratiā dei, quæ in te est, per impositionem manuum mearum. Iterum. Nemini, inquit, cito manus imposueris, neq; communices peccatis alienis, Deniq; hunc in modum apostolus scribit ad Titum. Huius rei gratia reliqui te Cretę, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per Ciuitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Habes nunc lector, semel sub oculis, apostoli pauca loca, et non multa uerba, quibus inter se collatis, facile potes depræhendere, falsa fictaq; esse omnia: quibus, tam inordinate Lutherus debacchatur in ordinem. Nam quos dicit populi consensu fieri, Paulus ostendit fieri ab episcopo, quem in hoc

Lutheri uerba.

Sacramētū ordinis prophanat Lutherus.

I. ad Timo. iiii.

Aduersus Lutherum. Paulus.

Ad Titū. i.

Sacerdotes non nisi ab episcopis fieri.

hoc ait se reliquisse Cretæ, ut oppidatim presbyteros constitueret, nec tamen temere, sed sicut ipse præsens disposuerat. Vides, impositis manibus, fieri sacerdotem. Et ne dubitari possit simul conferri gratiam, uides illā manuū impositione collatam. Resuscita, inquit, gratiam quæ data est tibi per impositionem manuum mearum. Et illud quoq;. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij, In ijs te exerce. Miror igitur non pudere Lutherum, quum negat sacramentum ordinis: haud ignarus in manibus omnium uersari uerba Pauli, quæ doceant, non nisi a sacerdote fieri sacerdotem, nec sine consecratione fieri, in qua et signum adhibeatur corporeum, et tantum spiritalis infundatur gratiæ, ut is qui consecratur, non solum accipiat ipse spiritum sanctum, sed etiam potestatem conferendi alijs. Nouum uero qui potest esse, (q̄q̄ id Lutherus ait) de quo scribit apostolus? Quomodo ignoratum ecclesię, quod in omnibus CHRISTI legitur, et nunquam non legebatur ecclesijs? Quibus ex rebus manifestum est, e tam multis, quæ, tanta cum confidentia, pro compertissimis Lutherus eblaterauit in ordinem: ne unam quidem syllabam fuisse ueram, sed per maliciam, ficta, falsaq; omnia.

In sacramēto ordinis conferri gratiam.

Quantum delyrauit Lutherus.

DE

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

IN SACRAMENTO EXTREmæ unctionis, Lutherus bis ipse ridendus, bis irridet ecclesiam. Primum, ꝙ theologi (ut ait) hanc unctionem appellent sacramentū (quasi soli hoc dicant hi, quos ille uocat theologos) Deinde, ꝙ appellent extremam. Et quod ad secundum pertinet, obijcit sibi tanq̃ ioco, quod nunq̃ soluet serio.

NAM et ideo quoq;, uere dici potest extrema, quod extrema sit e quatuor. Postea, ut doceat non esse sacramentum, obijcit sibi primum id, quod neminem uidet non obiecturum, apostoli Iacobi uerba: Si infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, et orent super eum ungentes oleo, in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, et alleuiabit eum dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei. Hæc uerba, quæ ex ipsius etiam finitione apertissime declarant, hanc unctionem sacramentum esse, quæ, neq; signo careat uisibili, nec ꝓmissione gratiæ, protinus incipit phormiana confidentia, tanq̃ nihil haberent uigoris, eludere. Ego autem dico (inquit) si uspiam delyratū est, hoc loco præcipue delyratū est. At ego contra non uerebor dicere, ꝙ si uspiam delyrat Lutherus (qui fere delyrat ubiq;) hic in sacramento unctionis extremæ, ad extremā usq; delyrat amentiam.

Iaco. v.

Lutherus.

Author.

tiam. Omitto, inquit, quod hanc epiſtolam non eſſe apoſtoli Iacobi, nec apoſtolico ſpiritu dignam, multi ualde probabiliter aſſerant, licet cõſuetudine, authoritatem cuiuſcunq; ſit, obtinuerit. Tamen, inquit, ſi eſſet apoſtoli Iacobi, dicerem non licere apoſtolum ſua authoritate ſacramentum inſtituere, id eſt diuinã promiſſionem, cũ adiuncto ſigno dare: hoc ad Chriſtum ſolum ꝑtinebat. Sic Paulus ſeſe accæpiſſe a domino dicit, ſacramentum euchariſtiæ, et miſſum, nõ ut baptizet, ſed ut euangelizet. Nuſq̃ autem legitur in euangelio unctionis iſtius extremæ ſacramentũ. His uerbis uidetis, ut apoſtoli uerba duobus modis eneruare conatur: primum, ꝙ epiſtola nõ ſit apoſtoli: deinde, ꝙ etiam ſi ſit apoſtoli, tamẽ apoſtolus authoritatem non habeat inſtituendi ſacramenta. Hæc duo q̃q̃ proponat paucis, at ſtatim ad alia tranſiliat, tamen præcipua tela ſunt, quibus inſtituit hoc ſacramentum perimere. Nam cætera quæ dicit omnia, nugamenta ſunt, ridendi occaſionem captãtia, tanq̃ eccleſia non recte ſacramentum obſeruet. Sed hæc duo uiuum tangunt. Nam ſi epiſtola non apoſtoli ſit, nec apoſtolico ſpiritu digna, aut ſi apoſtolo tradente unctionem hanc pro ſacramento, tamen nihilomagis probetur ſacramentũ, conſequeretur omnino, ut hęc uerba nihil efficerent. Si dixiſſet olim fuiſſe dubitatũ, cuius illa fuerit ep̄la, dixiſſet uere, neq; enim temere quicq̃ recępit eccleſia, omnia diligenter excuſſit, idq; ipſum facit, ut certiora deberent haberi omnia, quæ

Lutherus.

recęperit, etiam si dumtaxat humana prudentia regeretur ecclesia. Verum quū dicat multos asserere hanc epistolam, non solam non esse apostoli, sed esse preterea indignam apostolico spiritu: atq; istud non asserere solum, sed asserere etiam probabiliter: probabile est illum istud probare non posse. Alioqui proferat e multis aliquos, qui si ex ecclesia sunt, neq; tā multi sunt, opinor, neq; tam magni, ut pondus obtinere mereantur aduersus reliquos omnes. Adhuc produxit nullum. Ego producam unum, qui sufficere debet aduersus multos, beatū Hieronymū: quo, neq; doctior quisq̄ fuit in scripturis sacris, neq;, qui ueras ac germanas, exactiore censura distinxit a dubijs. Is igitur quum aliquandiu de epistola pauli dubitasset, sed tūc dubitasset, quum res adhuc non esset tam pleno ecclesię consensu firmata: Iacobi tamen, quę uocatur epistola ipsius esse sine ulla dubitatione pronūciat. Nā hunc in modū scribit: Iacobus, Petrus, Iudas, et Ioannes, septem epistolas ædiderunt, tam mysticas q̄ succinctas, & breues pariter et longas: breues in uerbis, longas in sententijs, ut rarus sit, qui non in earū cęcutiat lectione. Idem in prologo in septē epistolas canonicas sic ait. Est enim prima earū una Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, una Iudę. Videtis ut beatus Hieronymus idem iudicium de Iacobi profert epistola, quod de Petri, nec putat indignam apostolico spiritu. Certe si rationes attulisset Lutherus, quare epistola non esset Iacobi, sed tamen alterius cuiuspiam, qui eodem

Iacobi epistola asseritur authore Hieronymo

Iacobi epistolam Lu-

loqueretur

loqueretur spiritu, potuisset utcunque ferri. Nunc uero dicit esse probabile, ideo non esse, quod sit indigna spiritu apostolico. Qua in re non alium obijciam Luthero, quam Lutherum ipsum, neque enim Luthero quisquam aut sæpius ferme cōtradicit, aut ualidius, quam Lutherus. Is igitur, in sacramento ordinis ait ecclesiam, hoc habere datum, ut possit discernere uerba dei a uerbis hominum. Quomodo ergo nunc dicit epistolam apostolico spiritu indignam esse, quam ecclesia, cuius iudicium (ut ait) hac in re falli non potest, apostolico spiritu iudicauit plenam? Quamobrem nunc ita se sua sapientia constrinxit undique, ut aut necessario comprobet epistolam esse apostoli, (cuius contrarium dixit esse probabile) aut dicat ecclesiam in scriptura sacra posse diiudicanda falli, quod eam posse negauerat. Quod si dicat uelut apostolico dignum spiritu comprobasse, quod apostolico spiritu sit indignū: blasphemus est in ecclesiam. Si fatetur apostolum scripsisse quod apostolo sit indignum: blasphemus est in apostolum.

thero non esse dignam spiritu apostolico.

Lutherus suo ipsius telo perfossus.

SATIS igitur illud confutauimus (imo semet satis confutauit ipse) quod epistolam negauit, aut esse apostoli, aut dignam apostolico spiritu. Veniamus nunc ad id, in quo ut fortem uirum decet, aperte oppugnat apostolum: dicēs, etiam si sit apostoli Iacobi, tamen non licere apostolo, sua authoritate sacramētū instituere, idest diuinam promissionē cum adiūcto signo dare. Hoc enim pertinet (inquit) ad solū Christū,

O nostri

O nostri sæculi magnam felicitatem, quibus nouus iste gentium doctor exortus est Lutherus, qui hoc sibi arrogans, tanquam Pauli sequeretur exemplum, in faciem resistat apostolo, quod non recta uia ingrediatur ad euangelium Christi, sed (quod plus est, quam si gentes doceat iudaizare) arroget sibi facultatem promittendi gratiam, et sacramenta condendi, hoc est, quod usurpet sibi potestatem Christi, ad modum superbientis et præuaricantis angeli, qui dixit: Ponam solium meum ad aquilonem, et ero similis altissimo. Non est nunc quod ægre ferat pontifex ab illo repræhendi, qui de tam atroce crimine repræhendit apostolum. Nam quum certum sit epistolam esse apostoli, quid aliud, quam manifeste dicit apostolum sine authoritate, et contra fas instituere sacramentum? Imo quum neget epistolam illius esse, tamen ne abstineret contumelia, dicit id se dicturum etiam si esset apostoli. Ego certe & si nonnullis uisum sit, apostolis non sine spiritu sancto, quem deus in Pentecoste misit rationem traditam esse condendi sacramenti, de quo spiritu, Christus prædixerat. Spiritus sanctus quem ego mittam, ille uos docebit omnia: tamen in præsente non disputabo, utrum apostolus authoritatem habeat instituendi sacramenti, quippe quod nunc disputari non opus est, sed quum plane constet apostolum unctionem istam pro sacramento tradere, non dubito uere sacramentum esse, & apostolum non fuisse tam impie arrogantem, ut pro sacramento traderet populo, quod sacramentum non esset

Esaiæ. xiiii.

Ioan. xiiii.

esset, sed (si condendi sacramenti potestatem non habuit) uerbis illis id tradidisse populo, quod ipse accæperat a Christo, qui, ut alia mundo uolebat innotescere per Matthæum, alia per lucam, per Ioannē alia, alia præterea per apostolum Paulum, cur fieri non possit, ut quædam etiam doceri uoluerit per apostolum Iacobum?

LVTHERVS postq̄ se tam strennue q̄ uidetis, gessit aduersus apostolum, iam totum se conuertit ad ridendum ecclesiam, quæ uerbis apostoli (ut dicit Lutherus) abutitur, ꝙ non ministret, nisi ad mortem usq; ægrotanti, quum Iacobus dicat. Si quis infirmatur, non si quis moriatur, quasi ideo peccet ecclesia, ꝙ rem tantam, quanta est sacramentum, non adhibeat temere in qualibet leui febricula, quam aliquis, nimium fortasse potando contraxerit, neq; in eo morbo, qui uel dormiendo paululum, uel abstinendo curari possit, ecclesia per sacramentum, uelit efflagitare miraculum. Ne dubitari possit, (etiam si duntaxat infirmum scripserit Iacobus) sensisse tamē haud egrotantem leuiter, sed eo morbo uexatum, cuius depulsio posset ostendere, si sanaretur, sanatum sacramēto, orationes omnes quæ dicuntur super infirmum (quas nemo dubitat esse uetustissimas, non nouum inuentum eorum quos iste uocat theologos) ostendunt, non adhibendum hoc sacramentū, nisi in laborante grauiter. Et tamen ut non promittunt certam salutem

Consentaneum est nō id uoluisse Iacobum, ut in leui quolibet morbo ungeretur infirmus.

ſalutem corporis, ita non deſperant ſalutem, nec ueniunt (quod Lutherus ait) tanq̃ ad eos, qui iam tum ſint omnino morituri. Fruſtra enim tot orationibus orarent ſalutem, ſi certo ſibi ſponderent mortem. Nõ igitur id agit eccleſia (quod inepte cauillatur iſte) ut ſit extrema unctio, licet uocetur extrema, ſed agit ut non ſit extrema, ſed conualeſcat ægrotus. Qꝫ ſi nolit eum deus conualeſcere, id tamen non euacuat uim ac uirtutem ſacramenti, cuius præcipua cura non in corpus fertur, ſed animam. Nam ratio illa Lutheri de efficacia ſigni, nihil omnino rationis habet, aut efficaciæ. Si unctio iſta ſacramentum eſt, inquit, debet ſine dubio eſſe (ut dicunt) efficax ſignum eius, quod ſignat et promittit. At ſanitatem et reſtitutionem infirmi promittit, ut ſtant aperta uerba: Oratio fidei ſaluabit infirmum, et alleuiabit eum dominus. Quis autem non uidet hanc promiſſionem in paucis impleri? Quid ergo dicemus (inquit) aut apoſtolus hac promiſſione mentitur, aut unctio iſta ſacramentum non erit: Promiſſio enim ſacramentalis certa eſt at hæc maiore parte fallit.

Ratio Lutheri.

VEL ex hoc argumẽto patere poteſt, nihil curare Lutherum, q̃ apertas afferat calumnias, modo ſpecie aliqua ueritatis imponere poſſit incautis, quem non pudet ea contra theologos afferre, quaſi ab ipſis dicta, quæ nuſquam dicunt. Sacramentum (inquit) ut dicunt, eſt efficax ſignum eius, quod promittit: at hoc ſacramentum ſanitatem corporis non efficit, quam promittit. Theologi

Confutatur ratio Lutheri.

logi non istud dicunt, sed quod est efficax signũ gratiæ. Sic enim diffiniunt: Sacramentum est uisibile signum inuisibilis gratiæ, non dicunt salutis corporeæ, quæ dari possit et sine gratia. Quamobrem, quod ait consequi, ut si hęc unctio sacramentum esset, apostolus mentiretur, Lutherus ipse mentitur. Nam sacramentum quatenus sacramentum est, non salutem promittit corporis, sed animæ, per signa corporea. Alioqui Lutherus nihilominus eodem cõcludit mendacio, non apostolum solum, sed etiã Christũ ipsum quamquam unctio non esset sacramẽtũ. Debẽt.n.uerba et promissiones etiã extra sacramenta ueraces esse. Igit̃ quũ apostolus dicat sanandũ per unctionẽ et orationẽ, eũ qui infirmus est, & Christus, signa illa sequutura credẽtes, ut super ęgros manus imponerẽt, et bene haberẽt, quis non uidet, hæc sic interdũ fieri, ut tamen nõ fiãt semper? Neq; tamen falsos esse qui promiserint, quum eos nemo dubitet corporalia quibuscũq; uerbis promiserint, nunquam promisisse perpetua, quũ corpus in quo fieri deberẽt, perpetuũ esse nõ possit. Spiritalia uero, quia sua natura spiritus ęternũ uicturus est, perpetuo consecutura pollicentur. Nam Lutheri sententia, quæ a theologis exigit, ut si sacramentũ sit unctio, semper sanet, ne sit signũ inefficax, eo tendit ut sacramentũ esse non possit, nisi reddat corpus immortale, quod ipse tamẽ fieri posse promittit, per orationẽ factã a bonis uiris nihil hæsitante fide. Nam prorsus dubiũ nõ esse dicit, hodie quoq; sic sanari posse quotquot uellem9. Lutheri uerba.

Hoc

Lutheriana unctio homines reddit immortales.

Hoc si dicit uerum, talis fides qualis est illius, hominem seruare potest immortalem. Nam quum ista fieri possint per fidem, non solum interdum, sed (quod Lutherus ait) perpetuo (modo sit fides indubia, quæ nihil hæsitet) credibile est fidem istam, si cuiq̃ alteri, potissimum contigisse Luthero, homini sic in fidem propēso, ut fidei fauore, bonis operibus, multis in locis propemodum indicat bellum. Homini præterea, cui nunc tot et tanta mysteria reuelauit deus, et qui nouam condit ecclesiam, quam in rem opus est et miraculis. Igitur uerisimile est, quicquid fieri per fidem potest, abunde Lutherum facere. Demiror igitur, si uera dicit, ipsum non curare quoscunq; morientes. Et quotidie auscultamus rumores e Germania, qui referant resuscitatos etiam sepultos, quum interim semper audimus non modo sanatum nullum, sed etiam per illius quosdam satellites, occisos et crudeliter trucidatos, eius causa, bonos et innocentes sacerdotes, ut exemplo doceret ordinem nihil esse, figmentum esse characterem, meticulosum fuisse Dauidem, quem pœnituerit tetigisse Christum domini.

Lutheri fides.

HAE SVNT Lutheri sanationes, quas nihil uacillans eius fides operatur, absq; bonis operibus. Nam q occidit, non sanat, inde plane accidit, q ut Lutherus ait, oratio non tantum cum fide facienda est, sed etiam a bono uiro, quæ res Lutherum, qui uir bonus non est, ne quenq̃ sanet, impedit. Vnctio hęc,

Lutherus et corporũ et animarum occisor.

sacramentum

ſacramentum non eſt, quia non ſemper ſanat corpus? Lutherus uir ſacer eſt, per quem et corpus, ut ferunt, occiditur: et certe occiduntur animę. Iacobus apoſtolus nihil dignum ſcribit apoſtolico ſpiritu, Lutherus apoſtolico ſpiritu digna ſcribit omnia, et quæ ſint indigna diſcernit, idq; contra totam eccleſiam, quam in talium diſcretione ſcripturarũ falli, faſſus eſt ipſe, nõ poſſe. Qua in re, quum epiſtolã Iacobi legerem, atq; ibi tam multa conſpicerem, apoſtolico digna ſpiritu, uehementer admiratus ſum, quid in mentem uenerit Luthero, ut gaudium in tentationibus, patientiam in aduerſis, a deo petendam ſapientiam, in deo fiducia nihil hæſitante, ſperandum, et huiuſmodi multa (nam talia ſunt, quæ tota leguntur epiſtola) miratus inquam ſum, cur Lutherus putarit indigna, quæ ſcriberentur ab apoſtolo: an illa potius ſcribere debebat apoſtolus, populo nihil eſſe fructus in miſſa, et ordinem inane figmentum eſſe, et alia, quę Lutherus ſcribit huiuſmodi? quę q̃q̃ ſint omnia digniſſima ſpiritu apoſtatico: tamen, contemnere non debet, ſi minora ſcribãt minores apoſtoli. Atqui licet aliquãdiu (quod dixi) miratus ſum, cur Luthero diſpliceat epiſtola Iacobi, tamen ubi legi ſępius, et oculos intendi preſſius, deſij profecto mirari. Nã ea ſcribit apoſtolus, ut plane uideri poſſit prophetico ſpiritu prænouiſſe Lutherum: ita uirũ undiq; pungit ad uiuũ. Nam quũ Lutherus fidei prætextu cõtemnat opera: Iacobus e diuerſo diſputat, ratione, ſcripturis, exemplis fidẽ ſine

Iacobi epiſtola q̃ ſancta ac grauis ſit, dignaq; apoſtolico ſpũ.

Lutherus contra digna ſcribit apoſtatico ſpiritu.

Lutherus cur tam inſenſus ſit epiſtolæ Iacobi.

t operibus

operibus mortuam esse. Praeterea garrulam istam Lutheri petulantiam, non uno loco, uerbis inuadit acerrimis. Si quis (inquit) putat se religiosum esse, nō refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Accedit ad haec, ꝙ in suā linguā Lutherus aptissime uidet competere, quod illic frendit legens. Lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero. Deniqꝫ sentit in sua dogmata uerissime dici: quae de contentiosis hunc in modum scribit pluribus ibi uerbis apostolus. Quis sapiens et disciplinatus inter uos, ostendat ex bona couersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Qꝫ si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus uestris: nolite gloriari, et mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia, desursum descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus et contentio, ibi inconstantia, et omne opus prauum. Quae autem desursum est sapientia, primū quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Fructus autem iusticię in pace seminatur facientibus pacem.

Iacobi. i.

Iacobi. iii.

HAEC sunt lector, quae Lutherum commouēt, ut ei non placeat apostolus. Haec inquam sunt, quib9 apostolus aperte Lutherum ac Lutheri petulantiam, maledicentiam, impia et contentiosa dogmata, non secus

secus ac si uidisset uirum, et uerba legisset, attingit. Cuius epistolam quantumuis eam contemnat Lutherus, nō dubito satis approbare christianis omnibus, unctionis extremæ sacramentum: nec tam potentem fore Lutherum, ut ullum sacramētum possit euertere, quod in salutem fidelium fides recepit ecclesiæ, aduersus quam, nec portæ præualebunt inferorum, nedū fraterculus nnus, inferni fuliginosum posticum.

FECIMVS HOC LIBELLO TIBI lector (ut spero) perspicuū, q̄ absurde Lutherus et impie tractarit sacramenta. Nam et si non attigimus omnia, quæ liber ipsius continet: tamen quod attinet ad tuenda sacramenta ipsa (neq; enim aliud erat institutum meum) tractasse rem uideor si non q̄ multis fieri potuit: certe pluribus ferme q̄ necesse fuit, tantum abest, ut oporteat immorari diutius. Alioqui et rationibus, et legibus, et doctorum sententijs, et scripturis ipsis, non fuisset difficile rem locupletare cumulatius, nisi erga et Lutherū, frustra fecissemus, et erga cæteros superuauacue. NAM si Lutherum docendo conemur immutare, citius et nigrorem æthyops, et uarietatem pardus immutabit. Sin alijs ostendere, quam falso, et quam maligne sentiat, ne quis ita fallatur, ut de illo sentiat bene, passim doctissimos uiros esse non dubito, qui uel tacentibus nobis, id multo clarius perpendant, q̄ ipse

Peroratio.

Authoris institutum.

queam

queam ostendere, & si qui sint qui alienam in id operam desyderant, his abunde iam nunc opinor ostendisse me. Quum enim ex his quæ disseruimus inclarescat omnibus, q̃ sacrilega statuat dogmata de sacramento illo, quod ipsius Christi corpus est (e quo sacramenta reliqua quicquid habent sacri promanat) quis dubitare potuisset, etiam si nihil adiecissem amplius, q̃ indignis ille modis tractare cætera sacramenta non dubitet? Quæ sicut uidetis tractauit sic, ut prę ter baptismum unum, et illum quoq; male uexatum, et omni priuatum gratia, nec in aliud relictum, q̃ in contumeliam pœnitentię, tollat prorsus atq; euertat omnia, in alijs signum negans, in alijs rem infitians, nec in tanta re probat quicq̃, nec affert aliquid, quo cõfirmet sua, sat habens negare tantum, quicquid recępit ecclesia. Quicquid creditur ab omnibus, ratione futili solus eludit, ac se denuntiat nihil admissurũ prę ter claras et euidentes scripturas. Quas ipsas tamen, si quis afferat, uel aliquo repellit cõmento, uel authoris esse cuius feruntur negat. Doctorum uero nemo tam uetus est, nemo tam sanctus, nemo tantæ authoritatis in tractatu sacrarum literarum, quem non iste nouus doctorculus, sanctulus, et eruditulus magna cum authoritate reijciat. Quamobrem, quum Lutherus omnes contemnat, et credat nemini, debet nõ indignari, si nemo uicissim credat illi. Cum quo tantum abest ut disputem pluribus, ut propemodum pigeat disputasse tam multis. Quid enim prodest amplius

Lutherus reliquit baptismũ in cõtumeliã pœnitentiæ.

Qualis in disputando Lutherus.

cum

cum illo disserere, qui cæteris dissentit omnibus, et nõ cõsentit sibi? qui quod alibi negat, alibi dicit: quod dicit, id rursum negat? Qui si fidem obijcias, ratione dimicat, si ratione ferias, prætendit fidem. Si philosophos alleges, appellat scripturam, si scripturã proponas, nugatur sophismate. Quem neq; pudet quicq̃ neq; timet quenquam, neq; legem putat tenere se ullam. Qui ueteres ecclesiæ doctores contemnit: Nouos e sublimi deridet. Summum ecclesiæ pontificem insectatur conuitijs. Ecclesiæ consuetudines, dogmata, mores, leges, decreta, fidem, ecclesiã deniq; ipsam adeo flocci facit uniuersam, ut nec esse fere fateatur ullam, nisi fors ecclesiam illam, quam facit ipse duorũ, uel trium hæreticorum, quorum sit ipse caput. Quamobrem, quum sit eiusmodi, ut nihil statuat principij, quod certum sit ac solidum, quod ei cum disputante conueniat. sed sibi liberum relinqui postulet, ut quicquid libet, quando libet, quoties libet, id illi liceat et asserere, uicissim et negare, quum neq; ratione sese, neq; scriptura, neq; moribus, neq; legibus, neq; authoritate demum, uel humana, uel diuina patiatur astringi: non constitui cum eo disserendum amplius, nec aduersus eas hæreses quæ nulla ratione firmantur, operosa ratione pugnandum, sed admonendos potius christianos omnes, ut tanquã teterrimam pestem deuitent illum, qui tam fœda portenta, ipsissima Antichristi dogmata, in ecclesiam CHRISTI conatur inuehere. Nam si omni

Lutherus. Protheus.

Petitiones Lutheri in disputando

Lutherus ceu pestis uitandus.

Lutheri studium.

Lutherus immedicabilis.

Pia cura pōtificis erga Lutherum.

modo curandum est, ut extirpetur, qui de quauis una re, schisma suscitare studuerit, quanto studio conniti decet, ut euellatur is, qui non dissidium modo, pergit serere, et populum in pontificem, filios in parentem, christianos in CHRISTI uicariũ prouocare, totam deniq; ecclesiam Christi (quam ille moriens amore et charitate colligauit) tumultu, rixis, et contentione dissoluere: uerum etiam quicquid est in ea sacrosanctum, execrabili mente, spurcissima lingua, scelerato contactu, rescindere, temerare, polluere? Qui, si quam tamen de se salutis spem, si quod emendandi sui signum daret: hortarer omnes, ut hominis sic affecti curam susciperent, et in hoc incumberent, ut modis q̃ possent optimis, medicarentur: et sanitati mentis restitutum facerent: ut hæreses a se propositas reuocaret. Verum adhuc profecto, quæcunq; solent ad mortem esse signa: omnia huic esse uideo. Quod ut censeam, non tam morbus eius, quantumuis lethalis, me mouet, q̃ ipse: quippe, qui medicinam nullam, nullam prorsus manum medicantis admittit. Quomodo enim curari potest, qui se tractari non patitur? Aut quomodo tractari potest, quem si quid doces: nugatur. Si quid mones: irascitur. Si quid hortaris: obnititur. Si quid placas: incenditur. Si quid aduersaris: insanit? Alioquin si curari potuisset, quid omisit pientissimus CHRISTI uicarius, quo pastoris sui secutus exemplum, ouem hanc errantem quæreret: inueniret:

ret: in humeros tolleret: ac reportaret in stabulum? Sed heu Lupus auerni pessimus, antecæperat, deuorauerat, atque in imum uentrem demiserat, ubi semiuiuus adhuc, in morte iacens, aduersus inclamantem se pastorem pium, et perditionem eius deplorantem, e spurco tartarei Lupi rictu, foedos illos latratus eructat: quos totius gregis aures auersantur, abominantur, exhorrent. Nam primum, nihil omnino lacessitus, articulos proposuit de indulgentijs, quibus, prætextu pietatis impie traduceret summum pontificem. Deinde, ut per honoris eum et officij speciem, maiore contumelia perfunderet, eos transmittit romam, tanquam pontificis iudicio submittens, sed auctos ante, declarationibus multo quam essent ipsi, deterioribus: ut plane liqueret omnibus, pontificem non a uiro bono pioque consuli, sed a fraterculo nebulone rideri, tanquam ita stupidum, ut pro honore duceret, insignem et nullius unquam exempli contumeliam, barbamque (quod aiunt) uellendam præberet irrisori. Si nihil mali commerebatur pontifex, cur filius degener immerentem patrem falsa conspersit infamia? At si quid rome fiebat, quod oporteret immutari, tamen si fuisset Lutherus (quod haberi uolebat) probus, et christianæ rei studiosus: non præposuisset priuatam gloriam suam, publico omnium commodo, nec scurrandi famam sibi uenatus esset, apud improbos, dormientis pudenda

Qua uia grassatur Lutherus

Geneseos 9

da parentis irridens, et reuelata commonstrans digito, sed auersus contexisset potius, et uel coram, uel per epistolam secretius reuerenter admonuisset, apostoli praeceptum sequutus, qui iubet, ut maiores non rideamus, non obiurgemus, sed obsecremus. Quod si fecisset Lutherus, haud dubito quin beatissimus pontifex, (tanta est eius nulli non explorata benignitas) expergefactus benedixisset filio suo Iaphet, et pietatis rettulisset gratiam, non maledixisset iratus, qui ne sic quidem adhuc maledixit illudenti, sed misertus miseri magisque filij memor, quam irrisoris, egit cum eo, per uiros honoratissimos, in quorum ille conspectū prodire non erat dignus, ut ab iniquitate desisteret. Cui tam pio ac salubri consilio tantum abfuit, ut paruerit ut non solum deriserit legatum, de ipsius salute solicitum, sed etiam nouum librū aederet e uestigio, in quo pontificis potestatem machinabatur euertere. Vocatus deinde Romam, ut uel scriptorum causam redderet, uel temere scripta recantaret, quauis oblata securitate, non subeundi supplicij, quod meruerat, oblato quod in rem satis esset uiatico, tamen ut insignem declararet obedientis uiri modestiam, uenire cōtempsit fraterculus, ad pontificem, nisi regio instructus apparatu, et bellico stipatus exercitu. Sed homo cautus appellauit ad generale concilium, nec tamē quodlibet, sed quod proxime congregaretur in spiritu sancto, ut in quocunque damnaretur, ibi negaret esse spiritum sanctum, quē homo sanctus et spiritalis nusquam fatetur

I. ad Timo. quinto.

Friuola appellatio Lutheri ad concilium.

fatetur esse, nisi in sinu suo. Quamobrem, iterum atq; iterum admonitus, ut ab impietate resipisceret, quum iterum atq; iterum impietatem ad impietatem adijceret, adactus est tandē pientissimus pastor, ouem immedicabili scabie laborantem, (ne sanas attactu corrumperet) ex ouili procul eijcere, et filij sui absolonis, (cuius uitam seruare non poterat) mortem deplorare, dum ab arbore pendentem conspicit decora cæsarie, qua stulte superbierat. Lutherus ergo sentiens eiectū se e societate fidelium, facere cœpit, quod deplorati solent impij, qui quum in profundum uenerint, contēnunt. Non ingemuit, non planxit casum suum, quo sicut Lucifer exaltatus, sicut fulgur corruerat et allisus est, sed imitatus diaboli desperationem, diabolus etiam ipse, hoc est calumniator effectus, aduersus pontificem in blasphemias et calumnias cœpit erumpere, et reliquis inuidens fidelibus, uelut serpens antiquus infidelitatis laqueos tendere, ut eos e uetito scientiæ noxiæ ligno gustātes, ex ecclesiæ paradiso (unde ipse deciderat) procuraret expelli in terram germinantem spinas et tribulos. Ego profecto tantam hominis dementiam, et miserrimum casum perq̄ moleste fero, cupioq;, ut uel adhuc (inspirante gratiam deo) resipiscat tandem, conuertaturq; et uiuat, nec id tam ipsius causa cupio (q̄q̄ ipsius etiam ut qui omnes cupiā saluos, si possit fieri) q̄ ut aliquando conuersus, ac uelut filius prodigus, reuersus ad misericordiam tam benigni patris, et errorem suum confessus: in uiam reuocet, si

Tandem eiecto Luthero immedicabili, reliquo gregi prospicit pius pastor.
II. Re. xviii.

Luc. x.

Geneseos, tertio.

Luc. xv.

V quos

quos effecit errare. Cæterum ſi is tam profunde ſe de-
Pſalmo. lxviij. Apoca. xxii
merſit, ut iam ſuper eum puteus impietatis ac deſpe-
rationis urgeat os ſuum, blateret, blaſphemet, calum-
nietur, inſaniat, ut qui ſordet ſordeſcat adhuc. Cæte-

Regis exhortatio ad omnes chriſtianos.

ros uero chriſtianos omnes obſecro, et per Chriſti ui
ſcera (cuius fidem profitemur) obteſtor, ut ab impijs
uerbis auertant aures, neq; ſchiſmata foueāt et diſcor-
dias, hoc præſertim tempore, in quo maxime oporte-
bat aduerſus hoſtes Chriſti chriſtianos eſſe concor-
des. Neq; aduerſus Chriſti uicarium, probris et de-
tractionibus auſcultent: quas in pontificem fratercu-
li furor eructat, neque ſacrata Chriſto pectora hære-
ſibus impijs contaminent: quas ſi ſeminat, charitate
uacat, gloria turget, ratione friget, feruet inuidia.
Deniq;, quibus animis aduerſus turchas, aduerſus
ſaracenos, aduerſus quicquid eſt uſpiam infidelium
conſiſterent: ijſdem animis conſiſtāt aduerſus unum
iſtum: iuribus imbecillum, ſed animo, turchis omni-
bus, omnibus ſaracenis, omnibus uſq̄ infidelibus no-
centiorem fraterculum.

Finis.

Annotatio eorum, quæ operarum incuria sunt commissa.

A. pagina 4 uersu pen. lege fiducia. B. pag. 4 uer. 13 le. admittat. pag. 6 uer. 5 le. conuitia, et uer. 16 le. solicite. Vltima pag. uer. 13 le. obtinere, et uer. 14 le. nedũ C. pag. 4. uer. 6. le. repræsentet, et uer. 13. le. interim. pag. 8. uer. 5. le. maiestatis. D. pag. 1. uer. 7. le. mamona. E. pag. 1. uer. 4. le adhuc. pa. 2. uer. 12. le. hordeaceum annotatione margi. ultima, eadem pa. le. defensio. pa. 3. uer. 8. le. crediderit. F. pa. 2. uer. 23. le. cęremonias. pa. 5. uer. 22. le. æstimet. pa. 6. uer. 1. gacia, et uer. 15. le. toties. pa. 7. uer. 3, & . 6. dele parenthesim. pa. 5. uer. 20. legi potest allucinari absq; h. H. pa. 1. uer. 16. le. reprę sentaret. et uer. 25. post, humanis, dele comma pa. 2. uer. 21, le. repræsentari. pa. 5. uer. 8. le. uitio. pag. 6. uer. 19. le. cæremonijs. et uer. 22. le cæremoniarum. pa. 8. uer. 20. le, cæremonijs. et uer. 12. le communicemus. I. pa. 2. uer. 24. le. eandem, et uer. 25. le. imo. pa. 4. uersu. 16. le. efficacia. et uer. 24. le. synagogæ. pag. 8. uer. 1. le. exigendam. K. pa. 3. uer. 12. le. conuitijs.
L. pa. 3. uer. 2. le. presbyteri. pa. 5. uer. 7. le. præcæpit. pa. 6. uer. 21, le. anxie. pa. 7. uer. 23. le. uitij. pag. 8. uer. 1. le. uitij, et uer. 2. le. haud. M. pa. 3. uer. 8. le. operibus. pa. 6. uer. 7. le. nulla. et uer. 26. le. legantur. eadem pa. prima annotatione margi. le. ueneretur. pa. 8. uer. 11. le. æstimet. N. pa. 1. uer. 23. le. Ait enim: Episcopus pa. 5. uer. 2. le. infidelium. pa. 7. uer. 19. lege uerum.
O. pa. 4. uer. 2. le. enim, et uer. 26. le. sacramentum.

pag:

pa.6.uer.18.le.generationem. P. pa. 2.uer.16.le. uitio. R. pa.4.uersu.6.9.11.lege presbyteri, presbyteri presbyteros. T. pa.1.uer.8.le.atq3. pa.3.uer.8. le.unus.et uer.20.le.superuacue. pa.4.uer.13.le.inficians et uer.17.le.denunciat. pa.5.uer.12..le.floccifacit.pa.7 uer.21.le cur.

Apud inclytam urbem Londinum in ædibus Pynsonianis. AN. M. D.XXI. quarto Idus Iulij.
Cum priuilegio a rege indulto.



EPISTOLA

REGIA AD ILLVSTRIS-
SIMOS SAXONIAE
DVCES PIE AD-
MONITO-
RIA.







ILLVSTRISSIMI ATque excellentiss. principes, clarissimi domini, cognatiq; nostri longe omnium charissimi, syncæram salutem, ac felicium successuum assiduũ augmentũ.

SI QVID fors incideret, in quo admoneri me ꝓfuerit, pro animi uestri comperta bonitate certissimam spem cõcepi, admonitionis uestræ beneficium nunq̃ mihi defuturum esse. Quam ego rem quum animum erga me uestrũ ex meo erga uos affectu metiens, indubie mihi persuaserim, ingratus admodũ ipse mihi uidear, si in ea re, quę non ad honorem modo uestrum, sed fortunas quoq; uehementer spectat, ego uicissim uos admonere negligerem. Quid enim ad uos, et tam potentes et in Christi cultũ tam deuotos principes, aut propius spectare potest aut debet mouere uehementius, q̃ cohibendæ factionis istius Lutheranę studiũ? qua nullam unq̃ in terras nocentiorem malus inuexit genius, aut quæ maiorem perniciem sit illatura propediem, nisi boni pijq; omnes obstiterint: et in primis, qui plurimũ et possunt et debent, principes. Non q; Lutherũ talem censeam, qui uiris probis ac prudentibus possit imponere: aut ea quæ scribit, nesciam esse tam impia: ut ea bonorum omnium aures exhorreãt: sed q; sciam nunq̃ defuturam improborum hominum colluuiem, quibus ineptissimus quisq; aptissimus est

a 2 magister



magister: et ut quicq; maxime nascitur absurdum: ita maximo exceptum plausu, summo studio et contentione propagent. Nam, quod ad ipsum pertinet Lutherum, olim uisus est nec inductis nec malis hominibus, ut multa parum bene, ita quædam non omnino male scribere. Verum ita statim profecit in peius, ut illicet multi perspexerint, quicquid unq̃ aut plausibile scripsit aut tolerabile, non alio fecisse consilio, q̃ ut meliorum ostentatione uiam pararet peioribus, et prælito melle uenenum redderet uendibilius. Quam rem successione perpetua nocentiorũ semper dogmatum adeo testatam reddidit: ut hodie neminem esse usq̃ putem, cui scintilla ulla maneat, aut in capite cerebri, aut pietatis in pectore, qui non eum totum cum suis insanijs ex animo prorsus eiecerit. Etenim intio cępit utcumq; disputare, deinde irasci, paulo post incendi, postremo furere: iam in eo demum libro, quo debacchatur in me, furias ipsas furore ac uesania superare. Quo in libro, si quid scripsisset usquam, quod rem uideretur attingere, si quid omnino mentis miscuisset amentię, si quid non absurdum prorsus effluxisset ei, quale uel casu solet mente motis excidere, q̃q̃ non admodum decorum putem ita me comparare, ut cum homine tali publice componar ac disputem: tamen quum rex et propheta Dauid non censuit indecorum ante archam fœderis nudum saltare cum quolibet, ipse certe non erã quenq̃ habiturus indignum, quo cum in gratiam religionis pro fidei ueritate disserem

rem

rem. Nunc uero quum nihil ad rem respondeat, sed rationum loco proferat mera deliria, alios cum illo congredi nec inhortabor nec prohibebo, ipse certe nō committam, ut cum insaniente insaniam. Quisquis et ęquus lector et prudens, libellum meum cum illius libro perlegat, is profecto facile iudicabit iam nunc Lutheri nenijs satis superq; responsum esse. Q si quis illi tam inique faueat, ut mea uerba non sustineat inspicere, aut tam insigniter instupescat, ut collatis utrinq; locis nō sētiat rem adhuc respōso nō egere: huic nulla unq̄ responsione satisfecero. Nam qui queam illis, qui nihil aut uelint legere aut possint intelligere, præter Lutheri scurrilia iurgia: qui quum interim rem ad istum tractet modum, magna me affecit uoluptate. Siquidem initio certus eram rem quidem, quam tuendam susceperam, suapte natura esse inexpugnabilem, aduersus quam nec inferorum portæ possint pręualere, sed imbecillitatis meæ conscius, de meis tamen armis dubitabam. At nunc effecit hostis, ut orbi roti inclarescat, alterū nempe, aut ipsum esse prorsus imbecillum, aut meas rationes admodum ualuisse, quas contra, nihil inuenire potuerit, præter insulsa scommata, et prorsus insana conuitia. Quibus si me commoueri putat, egregie profecto fallitur. Etenim quantumuis ille me uocet insanū, uocat, opinor, plus millies, nunq̄ tamen tam insanus ero ut ęgre feram, ꝙ insanus uocer ab insano: itaq; aut mea me fallit opinio, aut istius in me ac regium nomen contu-

meliosa spurcicia, uos haud paulo magis q̃ me, uiri clarissimi, commouet. Solet enim generosos animos nobilium, reuerentia quædam inter se colligare, qua uel in hoste, quum oderint ac persequantur hominem, personam tamen honorent ac reuereantur officium: nec generosus fere quisq̃ inuenitur usq̃ tam inciuilis ac barbarus, qui uel inimicitijs ullis adduci possit, ut scurrilem in modum, linguæ petulantia conspergat nobilem: tantum abest, ut quisq̃ ea nobilitate ac generosa uirtutis indole, qua mihi persuasi quēlibet esse uestrum, ęquo animo ferat et principis et amici nomen uilissimis nebulonibus haberi ludibrio. Quod meum de uobis iudicium uel is affectus confirmat, in primis, quem in memet ipse sentio. Nam quum ne tantulum quidem me tetigerint, omnia, quæ deblaterauit in me, tamen perq̃ indigne tuli blasphemias illas, quibus Augustum Cæsarem, et cæteros Germaniæ principes, uirulentissima lingua perfudit.
Quos omnes in eius ipsius libelli frontispicio, quem in meum nomen euomuit, probro contumeliosissimo proscindit: VVormatiam, inquit, ingressus sum, etiam quũ scirem mihi uiolatam esse a Cæsare fidem publicam; Nam didicerunt principes Germaniæ, olim de fide laudatissimæ gentis, nunc in obsequium idoli romani, nihil magis q̃ fidem contemnere, in perpetuam nationis ignominiam. Hæc tam uirulenta in Cæsarem ac principes germanos conuitia, q̃ falso ac flagitiose mentiaturos illud impudens ac mendaciorum

fons

foris perennis, uel illud indicat, quod hodie nisi mentiretur, qui posset ista mentiri non esset. Quis enim dubitat q̄ facile potuisset meritum reportare supplicium, si Cæsar id uoluisset ac proceres? sed quis, illud non dico Cæsar aut procerum quisquam, sed uel honesto loco natus christianus ullus in animum potuisset inducere, ut fidem uiolaret publicam? ut illum, q̄q̄ publicę fidei publicum hostem, per perfidiam tolleret, ut odio (quod aiunt) nocentis, perderet innocentiam? Istud quum non Cæsar, promissi obseruantissimus, non procerum aliquis, quibus nihil antiquius honore ducitur, non honesto loco natus christianus quisquā, ut qui nihil non censeat posthabēdum fidei potuisset unq̄ cogitare, quis usq̄ uiuit uere germaneq; germanus, qui ferre possit nebulonem fraterculum quæ perpetuam infamiam inurerent nationi germanicæ, ea tam impudenter q̄ mendacissime non cuipiam sui simili germano, sed proceribus omnibus Germaniæ, atq; ipsi quoq; principum Germanorum principi per conuitium exprobrare Cæsari? Demiror talia si germani ferāt in isto. nos profecto quāto magis indignamur, in tales ac tantos principes tātum licere fraterculo, tanto minus eius mendacijs mouemur: quæ partim latine, quæ legimus, partim germanice, quod audio, furiosus eructat in me. Nam si quid maledictis illis immiscuit, de cuius ueritate poterat quisquis rem non nosset, aliquid fortasse dubitare, nunc in animum succurret lectoribus, nihil illius

maledicentię

maledicentiæ credendum, cui perpetuum institutum esse uideat, de principibus prorsus omnibus, atque ipso etiam Cæsare mentiendi. Neq; enim istud Luthero nouum est, omnia comminisci ac simul fingere, quibus in odium principum scelerate concitet atq; extimulet populum: In quod negocium promouendū sceleratorum hominum cateruam iam dudum contraxit, atq; adiunxit sibi. Itaq; nulla unq̄ factio fuit sediciosa, pestilens, nepharia, quæ sic religionem omnem tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrumpere, respublicas omnes euertere machinata sit, ut nunc ista coniuratio Lutherana, quę et sacra omnia prophanat, et prophana contaminat, quæ ita Christum prædicat, ut eius sacramenta conculcet: ita dei buccinat gratiam, ut arbitrij libertatem destruat: ita fidem extollit, ut operibus bonis detrahat, et inuehat peccandi licentiam: ita misericordiam subleuat, ut iusticiam deprimat, et malorum omnium causam ineuitabilem non in deum aliquem malum, quod Manichei saltem commenti sunt, sed in unicū illum uere bonum reijciat. Quæ quum ad hunc modum impie diuina tractarit, uelut e cælo deiecta serpens uirus effundit in terras: in ecclesia commouet dissessionem, leges omnes abrogat, magistratus omnes eneruat, laicos in sacertotes concitat, utrosq; aduersus pontificem, populos aduersus principes, nec aliud plane molitur, q̄ (ut quod omen auertant superi) Germaniæ primū populus tanq̄ pro libertate bellum indicat

dicat proceribus, deinde ut christiani contra christianos spectātibus et irridentibus Christi hostibus pro Christi fide ac religione depugnent. Quod si quis forte non credat ab uno homine nihili, tantum unq̃ periculi nasci posse, huic in mentem uelim subeat turchica illa rabies, quæ quum nunc tot per terras et maria se diffundens, maximam ac pulcherrimam totius orbis partem occuparit, a duobus olim nebulonibus sumpsit initium, ut interim taceam factionem Bohemicam, quæ et ipsa, quis nescit, e q̃ exiguo uermiculo, in q̃ immanem dracronem, haud absq; magno Germaniæ malo, q̃ propere adoleuit, ita procliue est, malam segetem nullo demetente crescere. nec ullus unq̃ socio caruit ad nocendum: neque tam imbecillus est quisquam, quin securo possit, ac tanq̃ lusurum spectanti, lethale uulnus infligere. Quæ res, quo minus contingat, in præsente negocio, principibus omnibus adnitendum est: adnitentur autem, si rem pro leui non habeant, nec existiment dumtaxat esse scholasticam: sed quum et dei res agatur et hominum, dignam intelligant, cui Christiani principes admoueant manus: quod ut nullius non incumbit officio, ita potissimum incumbit, cognati charissimi, uestro, ut qui et proximi estis periculo, et facillime (ut ferunt) potestis obruere, si nascenti malo propere eatur obuiam, priusquam et improbi per maliciam, et simplices per errorem in eum numerum et robur coaluerint, ut facile cohiberi non possint. Cui ego rei, prospectu-

tos uos pro uestra prudentia, et in Christi fidem obseruantia non dubito. Nam quum nulla possit hæresis exoriri, quam uos fideles in deum principes non uehementer auersemini, Lutheranam tamen fieri non potest, ut non præcipuo quodam odio prosequamini. Nam licet homo uaniloquus, non uno loco scribat se, in hoc electum a deo, ut hanc doctrinam, quã ille solum uocat euangelicam, ad istum, quo cœpit modum spargeret ac prædicaret in mundo: uestra tamen prudentia facile deprehendit, nec illum afferre quicquam, cur euangelica uerba credatur melius intellexisse, q̃ ueteres ecclesiæ sanctæ sanctos doctores omnes: quorum iste interpretationes omnes abigit atq; contemnit præ suis: et multa non ignoratis per manus ob apostolis olim tradita ubilibet hactenus obseruata perpetuo, quorum iste nihil blasphemus non exsibilat. ad hæc animaduertitis, spiritus hominis arrogans mendax ac maledicus q̃ longe absit a spiritu dei sancto, qui solet electis suis inspirare ueritatem, lenitatem, modestiam, et cum suo contemptu charitatem ac reuerentiam omnium. Postremo doctrinam eius uidetis, prætextu prædicationis euangelicæ, meram esse VVyclyfficam, a qua uos cognati charissimi non dubito, toto pectore prorsus abhorrere, ut quam germani proceres, atque in primis, ut audio, progenitores uestri uehementer elaborarint extinguere: sed quoniam serius aliquanto cęperant, prorsus exterminare non poterant: hactenus tamen profecerunt,

profecerunt, ut eam uelut perniciosam belluam intra quosdam Bohemiæ terminos, uelut in speluncam, clauderent atq; cohiberent. Quæ quum ita sint, dubitare profecto non possum, sedulo prouisuros uos, ne quam uestri maiores belluam occluserunt, ea uestra incuria sic reperiat exitum, ut per Saxoniam prorepens, totam peruadat Germaniam, et afflatu noxio inferum eructans ignem, illud spargat incendium, quod germani toties uoluerunt sanguine suo restinguere. Qua in re q̃q̃, pro uestra bonitate, uos tam propensos esse non ambigo, ut neque monitore uobis, neque hortatore sit opus: ego tamen pro meo in uos affectu me continere non potui, quin ad uoluntatis uestræ pronitatem et admonitiones meas et hortationes adiungerem. Etenim quum nullum principem tam alienum putem, quin ei mihi uidear id officij debere, ut qua in re possim, eius honori consulem, uobis uiri dignissimi, ut id impensius exhibeam, cognati quædam sanguinis inter nos necessitudo constringit, quandoquidem intelligo serenissimos maiores uestros e stirpe clarissima regum ANGLIAE progenitorum meorum esse prognatos. Quæ communio stirpis et societas sanguinis sic animum meum afficit erga uos, ut nihil aut cõmodi prorsus aut incõmodi uobis possit accedere, quod ego mihi uobiscum non existimem esse commune. Quam rem quo magis ac magis mihi persuasi, eo magis ac magis uos et admonere cogor et hortari, Imo per omnia uos obse-

crare sacra, ut q̃ maxime potestis, mature detis operā, ut execrabilis ista Lutheri secta coherceatur absq; cede cuiusquā, si fieri potest: aut sanguine sin id quo minus possit, peruicax obsistat audacia, quoquo modo coherceatur tamen, neque permittatis, ut leges, magistratus, principes, respublicæ, diuina denique atq; humana omnia, sic assuescant paulatim uilescere, conculcari, proteri, ut inualescētibus improbis, mussitantibus bonis, eo tandem res perueniat, ut alteri peruersæ maliciæ, alteri præposteræ patientiæ deum aliquando uindicem atque ultorem habeant, cui periculo si uestra occurrit industria, pacatæ patrię discussi schismatis, restitutæ concordię religionis cultæ ac perpurgatę: et apud homines eximiam laudem, et apud superos immortalem gloriam consequemini. Valete uiri clarissimi.

Literas has obsignaturo mihi uenit in memoriam Lutherū in suis aduersus me nenijs excusare se, quo minus ad reliqua respondeat impediri transferendo Biblio. Visum est igitur hortari uos, ut omnium rerum maxime prouideatis, ne id permittatur facere. Nā ut bonū esse non negem, in quauis lingua legi scripturā sacram, ita certe periculosum est ex eius uersione legi, cuius mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, ut bene scripto male uertēdo peruertat, ut populus ea se legere putet in scriptura sacra, quę uir execrabilis ab execrandis hausit hæreticis. Iterum ualete uiri serenissimi atq; animo meo longe charissimi.



ERRATA.

Charta . 1 . hæresiarcham.
Char. 3 . exitiale. eadem, cæremoniẹ.
Char. 2 . epistolæ, indoctis. eadem, initio.
Char. 3 . toti inclarescat.
Char. 4 . sacerdotes.
Char. 5 . draconem. eadem, ab apostolis. eadem, sui contemptu.
Char. ulti. scripta male uertendo.

De signo crucis Christi.

[illegible]